~~3/~~ 110
~~m~~ ~~99~~

Tratados — 8.

Hecho Judiciario

1. Speculum ordinis fratrum Carmelitarum, noviter impressum - 1507
2. Mare magnum de indulgentiae, privilegia, gratia &c. id. (ame.)
3. Memoriales al Rey de los Carmelitas descalzos en defensa de su historia profetica
4. Confirmacion de las anteriores, y nuevas gracias que concede a la Religion del Carmen Clemente Papa X.
5. Super Concordia Jurisdictionis Hispalensis - Roma - 1793

DE SEVILLA.

i18590330

1

Speculum ordinis Fratrū Carmelitarum nouiter impressum.

L A

ex varijs auctoribus, et operibus concinatum per R. M. Baptistam Venetum de Cathaneis eiusdem ordinis professorem et impressum anno M. D. vij

vigessimo Kalendas aprilis

¶Incipit prologus in decem libros de institutione & peculiaribus gestis religiosoꝝ carmelitaꝝ.

CVm populū israel haberet dominus ita peculiarē sibi ut de ipso diceret exodi.iiii.Fili
us meus primogēitus israel: docuit eū præ cæteris populis deus tāquā filiū carissimū
ꝑ seruū suū moisen specialibus doctrinis legis:quibus & uolūtatē dei itelligeret bonā:
& intellectā operibus adimpleret.Hinc propheta primo.cxlvii.ait . Annunciat uerbū
suū iacob.iustitias & iudicia sua israel.Non fecit taliter omni naciōi. & iudicia sua nō manifesta-
uit eis . Populus aūt ille tandē gloriās se ab abrahā carnalē originē traxisse:cōfidebat illā originē
sibi sufficere ad salutē siue imitanōe operū abrahe.de qua fiducia redarguēs eos dominus Iohan
nis.viii.ait.Si filii abrahe estis opera abrahe facite.Ex cōfidētia siquidē illa populus ꝓdictus non
solū legē moysi adimplere omisit:sicut Iohānis.vii.ait eis.Moyses dedit uobis legē & nemo ex uo
bis legē facit:imo etiā legē illā scrutari & itelligere neglexit.ꝓp quod irā dei icurrit.secūdū quod
Iosias rex.iiii.Regū.xxii.ait. Magna ira dei succēsa ē cōtra nos.quia nō audierūt patres nostri uer
ba libri huius ut facerēt quod scriptū ē nobis.Quemadmodū aūt populus israeliticus præ cæte
ris populis fuit a deo ꝑ Moysen doctus specialibus doctrinis legis:Ita religiosi Carmelite ꝓ cæte
ris uiris illius populi fuerūt a deo ꝑ helyā prophetā instructi specialioribus documētis & institu
tis monasticæ religiōis.Quos ne irā dei incurrāt oportet nō quidē gloriari:qa talē ac tantū pro-
phetā meruerūt habere auctorē & istitutorē religiōis suæ:sed magis imitari uitā illius ꝓphetæ &
scrutari ac intelligere dogmata eius & instituta religionis ꝓdictæ.illaq; opibus adīplere.Qui ut
ad hoc īplenda libentius tendāt:Ego Frater Philippus Riboti Magister in sacra pagina Priorq;
ꝓuincialis Prouinciæ Catholōiæ religiōis ꝓdictæ,debitam adhibui diligentiā perscrutandi & in
unum uolumē redigendi ea quæ ꝓcedentes patres huius religionis ueridice scripserunt de eius
primaria institutione:& de ꝓcessu religionis prædictæ per tempora tam legis ueteris q̄ nouæ do
nec in nouissimis diebus nostris fuit multiplicata per diuersas ꝓuincias europæ. Fui autē in his
maxime directus ꝑ.iiii.ꝓcedentes patres huius religiōis:quibus fuit curæ de ea diligenter scribe-
re.Quorū primus uocatus Iohannes qui fuit heremita montis carmeli.& postea episcopus iero
solimitanus.cum summa diligētia scripsit primariā huius religionis institutionem:& exemplaria
gesta fundatoꝝ ac priscoꝝ ꝓfessorum religionis uestræ.Hic floruit tēporibus Archadii & hono
rii imperatoꝝ. Secundus uocatus Cirillus:qui fuit propheta & heremita mōtis Carmeli scripsit
de his in quibus processit religio ista a tēpore ꝓdicti Iohannis usq; ad dacionē regulæ religionis
ꝓdictæ.Hic floruit tēpore imperatoris Henrici sexti. Tertius uocatus Gulielmus de Sannico qui
fuit heremita mōtis Carmeli scripsit cronicā de multiplicatōe huius religiōis ꝑ prouincias syriæ
& europæ:& de perditione mōasterioꝝ terræ sanctæ.Hic floruit tempore imperatoris radulphi.
Quartus uocatus Gibertus de reke Magister in sacra pagina scripsit tractatū de cōsideratis suꝑ
regula huius religiōis.Hic floruit tēpore imperatoris henrici septimi.Præsens ergo uolumen in-
titulatū liber de institutione & peculiaribus gestis religiosoꝝ Carmelitaꝝ:cōficitur ex dictis me
moratorum patrū huius religiōis.quorum sentētiis iterdū ad cōcordiā annexi auctoritates alio
rum tam sanctorum q̄ cæterorum auctoꝝ autenticoꝝ.Omnia enim quæ immediate post allega
tionem cuiuscunq; autoris scribuntur in hoc uolumine sunt uerba autoris allegati.etiā si capitu-
lum imitetur donec alius auctor subsequenter allegeť.Nā qa nō ambigo omnē hūani eloquii ser
monem calumniæ & cōtradictionem emulorum semꝑ fuisse obnoxiū:studui allegare litteris ru
beis autores & libros a quibus sumuntur sentētiæ & auctoritates īcertæ in hoc uolumine ut sin
guli eas in fronte suo legere ualeant priusquam despiciant.Sicut enim ait beatus ysidorus solilo-
quiorum libro secndo.Quia scripta medulitus non indagantur:in erroris laberintum nonnul
li incertando impinguntur.cum ante iudicant quoniā intelligant ante culpant quoniā iterando
lecta perquirant.De meo autem modicum in hoc opere inserui nisi ubi auctores maiorum repe
riretur.ne ordo historiæ uel processus ea interposita impedireť.Causa uero præcipua edendi hoc
uolumen fuit dispersio sententiarum & auctoritatū quæ dum in uno codice simul collectæ non
legebanť.quælibet se sola uestræ religionis institutionem & processum incompletæ describebat.
Cum aūt in hoc uolumine sub cōpendio in libris distinctis per ordinem cōpinguntur : originē
dictæ religionis & institutionē cōuersationem quoq; & ꝓcessum.atq; statum satis perspicue pan
dunt.Distinguitur autē præsens pondus decem libros parciales.quoꝝ quilibet in octo capitula
diuiditur.& cuilibet libro præfacio breuis præponitur cōpræhēdens in summa materiā tocius
libri & capitulorum eius.Primus liber describit institutionem huius religiōis sicut fuit ꝑ deum

prophetæ helyæ ad obseruandum proposita: & per Dominum Ioánem episcopum hierosolymitanũ exposita. ¶ Secũdus liber ostendit qualiter helyas dictam institutionem obseruauit: & ad eam obseruandã discipulos traxit & habuit ¶ Tertius liber considerat de locis quæ primentur professores huius religionis incoluerunt: & qualiter in eis secundum dictam institutionem conuersati fuerunt. ¶ Quartus liber ait de ascẽsu helyæ in paradisum: & q̃liter hæc religio post eum fuit recta per helyseum: & præseruata a captiuitatibus iudæorũ. ¶ Quĩtus liber tractat de tempore in quo professores huius religionis primo baptizati fuerunt: & de uiris qui eos baptizauerunt: & ꝙ ad noticiá uerbi incarnati perduxerunt. ¶ Sextus liber determinat de huius religionis titulis: & maxĩe cur eius professores uocãtur fratres beatæ mariæ uirginis. ¶ Septimus liber contemplatur habitũ religiõis huius & causas mutationis ac uarietatis eius. ¶ Octauus liber declarat primos scriptores institutionis & regulæ religionis nostræ & correctionem ac declatationem atque mitigationem eiusdẽ. ¶ Nonus liber uersatur circa multiplicationem huius religionis per prouincias siriæ & europæ: & circa perditonem mõasteriorũ terræ sanctæ. ¶ Decimus liber monstrat exemptionem huius religionis: & approbationem ac confirmationem nostri ordinis. In his decem libris poterit uerus carmelita quantum scire sufficit pie contemplare suæ religionis originem: processũm: ac multiplicatiõem: & fundatorum ac priscorum eius professorum dignitatem: & monasticæ uitæ heremiticæ institutionem: ac finem & digne conuersationum in ea beatam remunerationem. Obsecro ergo uos fratres carissimi hæc adinstar sanctorum præcedentiũ patrũ amplectimini legite hæc scrutamini: & itelligite hæc experiamini: & obseruate q̃m per obseruãtiam horum: iram dei uitabitis: & adoptionem filiorum æternæ hæreditatis recipietis, testante ecclesiastici quadragesimooctauo & dicẽte helyæ patri uestro. Beati sunt qui te audierunt & in amicitia tua decorati sunt.

¶ Incipit præfactio in primum librum.

LIber iste primus agit totus de primo huius religionis fundatione & de dictæ religionis origine & primaria eius institutione idest de forma perueniendi ad propheticam perfectionem: & ad finem monasticæ uitæ heremiticæ. Habet enim hic liber capitula octo. ¶ Capitulũ primum quod incipiẽdum est a primo huius religionis fundatore: & quo tempore floruit ipse: & a quo fuit genitus: & unde ortus & ubi in suis primordiis conuersatus. ¶ Capitulũ secũdum ꝙ helyas monasticam & prophetalem uitam heremiticã primus hominum deo mandante incepit: & ꝙ deus formam perueniendi ad finem ac perfectionem illius uitæ sibi partim a parte & partim misticæ expressit. ¶ Capitulũ tertium ꝙ ad perueniendum ad perfectionem propheticam & finem monasticæ uitæ heremiticæ expedit monacho terrenis possessionibus & diuiciis abrenunciare. ¶ Capitulũ quartum ꝙ oportet monachum carnales cõcupiscentias crucifigere & propriam uoluntatem relinquere ut perueniat ad perfectionem propheticam & finem religiosæ uitæ heremiticæ. ¶ Capitulũ quintũ ꝙ ut attingatur perfectio prophetica & finis religiosæ uitæ heremiticæ cõuenit monacho solitudinem querere: atq; humana consortia & præcipue uxorem uitare: & in continentia uiuere. ¶ Capitulũ sextum ꝙ ad appræhendendum perfectionem propheticam: & finem religiosæ uitæ heremiticæ primo exigitur ut monacus sit in caritate: & qualiter debet deum & proximum diligere ad hoc ut sit in caritate. ¶ Capitulũ septimum qualiter monachus per quattuor præmissos gradus ad perfectionem propheticam peruẽit & finem religiosæ uitæ heremiticæ attingit & in eo quiescit. ¶ Capitulũ octauum qualiter monachus debet humiliter perseuerare dum peruenerit ad perfectionem propheticam & finem religiosæ uitæ heremiticæ.

¶ Incipit liber primus de institutione & peculiaribus gestis monacoꝝ carmelitaꝝ. Capitulũ primũ ꝙ incipiendũ est a prĩo huius religiõis fundatore:& quo tẽpore floruit ipse: & a quo fuit genitus:& unde ortus:& ubi in suis primordiis conuersatus.

¶ Ioannes quadragesimusquartus episcopus hierosolymitanus in libro de institutione primoꝝ monachorum in lege ueteri exortorũ:& in noua perseuerantium ad caprasium monachũ.



Rincipium religionis huius:& quemadmodũ:& unde primo ipsa processit ratione petis dilecte Caprasi ante alia per scrutaodũ. Quãuis namq; conuersationis huius ratio ĩ sola experientia consistat:& nequaq̃ posset hæc ratio plene uerboꝝ doctrina nisi ab experto tradi neq; etiã a te totaliter percipi nisi eã pari studio ac sodore per experientiã appræhendere laboraueris multo tamen efficacius poteris susceptæ huius professiõis assequi disciplinam: & ad exortandã eã ardentius incitare:cum auctoꝝ atq; fundatorum eius agnoueris dignitatem : & primariam religionis ipsius sciueris institutionẽ. Propter quod ut ordine debito: ꝓcedamus de suppremo huius religionis fundatore:& primaria eius institutiõe eloqui paulisper inchoabimus. Deinde aliqua sancta gesta:& gloriosas uirtutes:& exteriorem habitus ornatũ de ipso fundatore:& primis eius discipulis cæterisq; huius religionis priscis professoribos succincte disponemus. Sicut hæc omnia antiquĩ huius nostræ conuersationis sectationes ante nos intellexerunt:& nobis tam in ueteri q̃ in noua lege doctrinis:& exemplis philosophati sunt: Vt per hæc discas quanta sanctoꝝ præcipuoꝝ auctoritate hæc nostræ uitæ religio confirmetur. Et cum quanta mentis securitate formã huius conuersationis sequentes nõ per nouitates sumptas neq; per inanes fabulas: sed per approbata tocius uitæ monasticæ primaria exemplaria uiam ad corda nostra dño dirigimus ut semitas ueniendi ad nos deo nostro rectas facimus ut cum uenerit & pulsauerit confestim ei aperiamus : qui ait. Ecce sto ad ostium:& pulso siquis audiuit uocem meã:& aperuerit ianuã:introibo ad illum : & cœnabo cum illo:& ipse mecũ. Scio igitur:& animaduerto ab initio regni Achab regis israel usq; ad christi aduentũ in carnẽ decades annoꝝ circiter nonagintaquattuor fluxisse:per quas:ut cronographi tradũt cepit Achab regnare ante incarnationẽ dñi Iesu. In diebos uero huius achab regis israel:& in regno eius Fuit quidã ꝓpheta magnus de tribu aaron cui nomen erat helyas ex patre uocato Sabacha:ortus in ciuitate Thesba:quæ est in regiõe Galaad:ex qua thesba helyas est thesbites dictus: qui helyas postmodũ habitator ciuitatis galaad ab illo monte nomẽ est sortita sicuti:& regio monti illi circũuicina transiordanẽ sita in sorte dimidiæ tribus manasse.

¶ Capitulum secundum ꝙ Helyas monasticam uitã:& prophetalẽ heremiticã primus hominũ deo mandante incepit:& ꝙ deus formam perueniendi ad finem ac ꝑfectionẽ illius uitæ sibi partim aperte:& partim mistice ei expressit.

Hic propheta dei helyas monachoꝝ princeps primus exstitit : a quo sancta eorum primena institutio exordium sumpsit. Ipse enim obtẽtu contẽplationis diuinæ :& desiderio sublimioris ꝑfectus longe ab urbibus recedẽs:& seipsum cunctis terrenis ac mundanis exuens:religiosam:& ꝓphetalẽ uitã heremiticã primus hoium a ꝓposito ducere cœpit:quã sancto dictante:& mandante spiritu inchoauit:& instituit. Quippe deus ei apparens mandauit ut cõem hoium habitationẽ fugeret:& se a turbis in deserto absconderet : atq; deinceps in heremo monasticæ secundũ formã ei indictã uiueret. Quod euidenti sacræ scripturæ testimonio comprobať. Legimus enim de hoc ita scriptũ in libro regnoꝝ : Factũ est uerbũ dñi ad helyã dicens. Recede hinc:& uade cõtra orientẽ:& abscõdere in torrente Charit qui est cõtra iordanẽ:& ibi de torrẽte libes. coruisq; ꝑcepi:ot pascãt te ibi. Hæc aũt ꝑmissa salubria mandata ad quæ ĩplenda spiritus sanctus helyã ĩstigauit:& desiderabilia ꝓmissa ad quæ adipiscenda eũ erexit. tanto debet maiori ĩtentione nõ solũ historicæ sed potius misticæ a nobis monachis heremitis per singula uerba pensari: quãto ĩ eis plenior cõpræhendiť ĩstitutio:idest forma ad perfectionẽ ꝓphericã:& finẽ religiosæ uitæ heremiticæ perueniẽdi. Cuius uitæ duplex dinoscitur eẽ finis. unus qdẽ quẽ p laborẽ nostrũ:& uirtuosũ exercitiũ diuĩa adiuuãte gr̃ia acqrimus. hoc aũt est offerre deo cor suũ:& purũ ab omni actuali sorde peccatoꝝ. Quẽ finẽ attingimus cũ sumus ꝑfecti;& in charit.i.in caritate illa absconditi. De qua sapiens ait. Vniuersa delicta operit caritas.

Ad quem finem uolens deus helyam peruenire:ei dixit. Abscondere in torrente charit. Alius au
tem huius uitæ finis est ex mero dei dono nob s collatus.uidelicet nõ solú post morté sed iá in
hac mortali uita:aliqualiter gustare in corde & experiri in méte uirtuté dinæ præsentiæ & dul
cedinem supernæ gloriæ. Hoc autem est de torrente uoluptatis dei bibere. Quem finem promi
sit deus helyæ dicens. Et ibi de torrente bibes. Propter utrunq; finem hoꝝ duoꝝ prophetalis
uita heremitica est a monacho assumenda:testante propheta. In terra inquit deserta inuia & ina
quosa sic i sancto apparui tibi o deus:ut uideré uirtuté tuá & glãm tuá. Per hoc n. ꝙ i terra deser
ta inuia & inaquosa manere elegit ut sic in sancto idem in corde puro a peccato appareret deo:
mõstrat primũ electæ per eum uitæ solitariæ finem:qui est offerre deo cor sanctũ:idest ab omni
actuali peccato purum. Per hoc auté ꝙ addit:ut uideré uirtuté tuá & gloriam tuam:mõstrat ma
nifeste secundú finé uitæ prædictæ. Qui est iam in hac uita aliqualiter experiri seu mistice uide
re i corde uirtuté diuinæ præsentiæ & gustare dulcediné supernæ gloriæ. Ad primũ auté horũ
scilicet puritaté cordis peruẽit per laboré & exercitiũ uirtuosum diuina gratia adiuuante. Et per
perfectioné dilectiõis deuenitur ad secundú scilicet ad experimentalé gustum diuíæ uirtutis:&
gloriæ cœlestis:dicéte domino. Qui diligit me diliget a patre meo:& ego diligá eú:& manifesta
bo ei meipsum. Iccirco deus per ea quæ in supioribus oĩbus præmissis uerbis sancto helyæ ꝓpo
suit ꝓphetæ.illi primo & præcipue monachorú principi:& nobis eum imitantibus suadere ma
xime uoluit ut simus perfecti sicut:& pater uester cœlestis perfectus ẽ:& super omnia caritatem
habentes quod est uinculum perfectiõis. Quapropter ut ad perfectiõis suase:& uisionis gloriæ
promisse ualeamus dona pertingere:formá ad hoc ꝑueniendi p deú in dictis uerbis beato helyæ
propositá curemus aute intenta distincte p ordiné percipere & opere adimplere. Loquens enim
dominus sancto helyæ:ait etiam tam in ueteri q̃ i noua lege cuilibet mõacho heremiticæ. Rece
de hinc scilicet a rebus caducis mundi & transitoriis & uade contra orientem scilicet contra ori
ginalem cupidiné tuæ carnis & abscondere in torrente charit:ne in urbibus moreris similiter cũ
turbis:qui est cõtra iordané ut scilicet per caritaté sis diuisus a delictis. His namq; quattuor gra
dibus ad culmen ꝓpheticæ perfectionis conscendens & ibi de torrente bibes. Sed ut in hoc que
as perseuerare:coruus præcepi ut pascant te ibi. Hæc autem ĩtelliges melius si per singula discur
rendo ea distincte per ordinem exponamus.

¶ Capitulú terciú ꝙ ad perueniendum ad perfectionem propheticam & finem monasticæ uitæ heremiticæ:expedit monacho terrenis possessionibus & diuiciis abrenunciare.

EA quæ tibi suadeo singillatim intellige per ordinem & discurrere. Nam primo dixi ti
bi in mea uisione. Recede hic scilicet de terra & de cognatiõe tua:& de domo patris
tui:nõ solú aĩo ut terrenis possessiõibus tui generis & caducis mundi diuitiis cor tuũ
nõ apponas:sed etiá ope ut ipsas nõ possideas. Nisi enim quis renúciauerit oĩbus quæ
possidet nõ potest meus esse discipulus. Quoniá licet possesse diuiciæ nõ claudár diuiti introitũ
cœlestis regni si cor suũ ad eas nõ apponat. sapiéte dicente Beatus est diues q inuétus eũ sine ma
cula:& qui post aurú nõ abút nec sperauit i thesauris pecuniæ:attamé p hoc ꝙ sapiés ꝓtinus sub
dit dicés Quis est hic & laudabimus eũ:meminit ení máifeste difficultaté repiendi talẽ uirú qui
diuicias possidens ad eas cor nõ apponat. Cor enim facile heret his quæ frequétat:ꝓpter quod
dú possidétur diuiciæ nactæ:sis maioré flammá accendere in corde & uehementioré cupidiné
gignere. quéadmodú sapiens ait. Saturitas diuitis nõ finit eũ dormire. Occupatus quippe i super
uacuo possessaꝝ diuitiaꝝ amore cũ habeat ipse rebus domesticis ĩtédere:affligiẽ assidue ab erũ
na continuaꝝ curaꝝ quæ nõ sinút ad ipsum ingredi desideriú adimplédi uerbũ quod audiuit
diuersoꝝ ꝑceptoꝝ. Erúpne enim sæculi & deceptio diuiciaꝝ & circa reliqua cõcupiscétiæ intro
euntes:suffocát uerbú:& sine fructu efficiẽ. ꝓpter quod diues difficile ĩtroibit in regnũ cœloꝝ.
Tu ergo fili mi si uis pfectus esse:& ad finé mõasticæ uitæ heremiticæ peruéire:ibiq; de torréte
bibere:recede hinc. s. a rebus caducis múdi huius relinquédo corde:& ope oés possessiones tuas
terrenas & facultates ꝓpter me:quoniá facilior & tucior uia ad pfectioné ꝓpheticá tendendi:&
tandé ad regnú cœloꝝ ꝑueniédi est ista. Omnis enim q reliquent domũ aut fratres aut sorores
aut patré aut matré aut uxoré aut filios aut agros ꝓpter nomé meú. cétuplú accipiet iam in hac
uita. ꝑgustans suauitatis meæ dulcediné cunctis terrenis centupliciter præualentem:& tandem
uitam eternam possidebit. Ecce breuiter audisti primum gradum quo conscendere possis ad ꝓ

phetic perfectionis summum.

Capitulum quartum ꝙ oportet monachum carnales concupiscentias crucifigere: & propriā uoluntatem relinquere ut ꝑueniat ad perfectionē ꝓpheticā & finē religiosæ uitæ heremiticæ.

NVnc attende secundum. Sequitur enim in exortatione mea. Et uade contra oriētem scilicet cōtra originalem tuæ carnis concupiscentiam. Scire namqꝫ debes ꝙ in die ortus tui non est a peccato præscisus umbilicus tuus. quoniā in peccatis natus es totus: Quemadmodum in persona cuiuslibet hominis geniti a uiro & fœmina ait ꝓpheta. Ecce iniquitatibus cōceptus sum & in peccatis concepit me mater mea. Ab hoc autem originali peccato in quo concipitur homo illud prouenit ꝙ Caro hominū aduersus spiritum concupiscit. Video inquit apostolus aliam legē in membris meis repugnantē legi mentis meæ & captiuātē me in lege peccati quæ est in mēbris meis. Hæc lex peccati est illa lata porta per quā quis intrat cum ei consentit: & spaciosa uia ꝑ quā homo ambulat dum secundū eā uiuit quæ ducit ad ꝑditionē: & multi sunt qui intrant per eam. Accedente uero ad seruitutē dei oportet abstinere a carnalibus desideriis quæ militāt aduersus animā: & stare in iusticia & timore dei & præparare animam suā: nō ad requiē: neqꝫ ad delicias: sed ad tēptationē & angustias: quoniam oportet per multas tribulatioes introire in regnū dei. Angustia namqꝫ est porta & arta uia quæ ducit ad uitā & pauci sunt qui inueniūt eā: quoniam pauci sunt electi: & pusillus est rex cui cōplacuit patri dare regnū. Tu ergo fili mi si uis esse ꝑfectus & usqꝫ ad uitæ monasticæ uitæ heremiticæ ꝑuenire: ibiqꝫ de torrente bibere: uade contra orientē: hoc est cōtra originalē tuæ carnis cupidinē ac cōcupiscēntias eius. Ego enim noui iniquos in die iudicii reseruare cruciādos: quāto autē magis eos qui post carnē in cōcupiscentias imūditiæ ambulāt: dominationēqꝫ cōtēpnūt. Post cōcupiscētias ergo tuas nō eas: & a uoluntate tua auertere: eā ꝓrsus relinquēs: & recto supiori arbitrio usqꝫ ad mortē ꝓpter me humiliter submittēs: nō est enim discipulus sup magistrū ꝑfectus autē oīs erit si sit sicut magister eius. Ego uero dn̄s ꝓphetaꝝ & magister descēdi de cœlo nō ut faciā uolūtatē meā sed uolūtatē eius qui misit me patris: factus obediēs usqꝫ ad mortē mortē aūt crucis. Quāobrē siquis uult post me uēire: abneget semetipsū & tollat crucē suā quotidie & sequat me. Qui. n. nō baiulat crucē suā & uēit post me nō potest meus eē discipulus. Si ergo uis cōtra oriētē. i. cōtra originalē tuæ carnis cupidinē, post me uēire: attēde qualiter oportet te crucē baiulare. Sicut nāqꝫ crucifixus quis iā nō ꝓ sui aī uolūtate mēbra sua quoqꝫ mouēdi uel cōuertendi habet potestatē: sed illic tm̄ heret īmobiliter ubi crucifigēs ea fixerit: ita nō ad id quod tibi placet teqꝫ delectat ad p̄sens: tuā uolūtatē conuertas: sed quo te uolūtas mea cōstrinxerit: tuā uniuersam uolūtatē applicare debeas: ut iā nō hominum desideriis sed uolūtati dei quod reliquū est in carne uiuat tēporis. Et quēadmodū ille qui crucis patibulo est affixus p̄sentia nō cōtēplat: p̄teritoꝝ obliuiscit: de crastino nō solicitat: nulla cōcupiscētia carnali ꝓmouet: nulla supbia: nulla cōtentiōe: nulla ulcione: nulla emulatiōe succenditur: sed cū adhuc aspiret in corpe se mūdo credit esse defunctū: illuc tm̄ p̄mittēs sui cordis intuitū quo se nō dubitat illico trāsituꝝ. Ita quoqꝫ te timore dn̄i coufixū oportet hiis p̄missis omnibus esse defunctū: illic tm̄ oculos animæ tuæ habēdo defixos: quo te sperare debes singulis momētis intratuꝝ. Hoc ergo modo uade cōtra orientē. s. cōtra originalē tuæ carnis cupidinem. Sic enim qui xp̄i sunt carnē suā crucifixerūt cū uiciis & cōcupiscētiis: semp mortificationē xp̄i in carne sua circūferētes: ut & uita eoꝝ in corpibus eoꝝ māifestet: & io qua cū fuerint trāsformati: ꝑuēiūt ad illā supnā gloriā quæ ē æterna: ꝑ illā quēadmodū eis ait apostolus. Mortui enim estis & uita uestra abscōdita ē cū xp̄o in deo: cū enim xp̄o apparuerit uita ur̄a tūc & uos appebitis cum ipso i glīa. Ecce ostēdi succincte scd̄m gradū quo ꝑuēire queas ad ꝓphetalis ꝑfectiōis gradum.

Capitulum quintum ꝙ ut attingatur perfectio prophetica & finis religiosæ uitæ heremiticæ conuenit monacho solitudinem querere: ac humana consortia & præcipue uxorem uitare: & in continentia uiuere.

MOdo amplectere tertiū. Sequit enī in ꝑsuasione mea. Et abscondere in torrēte charit: Nolo enim ulterius te morari inter turbas in urbe: quoniam uidi iniquitatē & cōtradictionem in ciuitate: die ac nocte circundat eā sup muros eius iniquitas & labor in medio eius & iniusticia: & nō defecit de plateis eius usura & dolus: Propter quæ oīa uitanda

ipse propheta in exemplũ tibi datus:maluit in solitudine habitare:q̃ in urbe. Ecce inquit elonga ui fugiens:& mansi in solitudine. Ait enim sapiens. Nõ pecces in multitudine ciuitatis nec te im-mittas in populum nec alliges duplicia nec enim eris in uno immunis. Quia ergo secundum sa pientem in monos.i.in uno seu in singulari degens nõ eris a peccato immunis:ideo debes solita rius pauere:& flere.i.officium monachi exercere. Mones enim græce:latine dicitur unus siue sin gularis aut solus. Achos autẽ græce:dicit̃ latine tristis: inde dictus est monachus quasi singula-ris & tristis: sua scilicet & aliorũ peccata solitarius lugens. Et hoc tibi eligibilius q̃ inter turbas conuersari in urbe. Si enim teste sapiente in uno.i.i mõade seu singularitate aut solitudine degẽs non eris a peccato usquequaq̃ immunis:quãtomagis ipso testante:si te immittas in populũ: du-plicia tibi peccata alligabis:ac per hoc pauere amplius & flere te oportebit. Declia ergo frequẽti as turbarũ:ne in ciuitate positus facere cõpellaris quæ te non tam natura cogit facere q̃ uolun-tas:uidelicet ne alterius furore mouearis:ne aliena bella paciaris:ne te capiat oculus meretricis: ne forma pulcherrima ad illicitos ducat amplexus:ne auaritiæ cæterorumq̃ uitiorum alligeris uincolis:quæ omnia uitant̃ in solitudine. Quis nã dimisit onagrũ liberũ:& uincula eius quis sol uit:nisi qui ei dedit in solitudine domum:& tabernacula eius in terra salsuginis. Iccirco cõtem-nit multitudinẽ ciuitatis:clamorẽ exactoris nõ audit. Onager quidẽ aĩal solitudinẽ diligẽs:illum significat qui remotus a turbis popularis:solitarius cõuersatur. Cuius peccatorũ uĩcula deus sol uit & liberũ a peccati seruitute eũ dimittit:dum sibi domũ in solitudine cõstituit:& tabernacu-la eius in terra salsuginis:quæ sitim attendit:ut iusticiã cœlestis patriæ faciat qua tandẽ facietur. Beati enim qui esuriunt & siciũt iusticiã quoniã ipsi saturabũt. Tu ergo fili mi si uis pfectus eẽ: & ad finẽ monasticæ uitæ heremiticæ puenire:ibiq̃ de torrente bibere:abscõdere ĩ torrẽte cha-rit:colens scilicet ĩ abscon sa solitudine silentiũ. Quippe sciens imbecillitatẽ tuã: & uas fragile qđ portas:timere debes in urbe offendere:ne inter turbas impingaris & corruas atq̃ frangaris. Sede bis ergo solitarius & tacebis:quia bonũ est homini pstolari cũ silentio salutare dei. Quãobrẽ ab scondere in torrente charit.qui diuisio interptat̃:quia expedit ad tui propheticã pfectionem:ut ita absconsus ab hũano & diuisus sis consortio:q̃ enã mulieri nõ iungaris cõiugio. Bonũ est ho-mini mulierẽ non tangere. Porro hæc ad utilitatem tuã dico & ad id quod honestũ est:& quod facilitatẽ pbeat sine ĩpedimento dño obsecrãdi. Oportet enim te diuidi ab his que te ĩpediunt: ut perfecte tendas in deum. Sollicitudo uero sæculi istius & fallacia diuiciarũ suffocant uerbum dei:ac per hoc impedit animũ ne perfecte diligat deũ:teste enim sapiente. Qui diligũt deũ: con-seruabũt uerbũ illius. Qui uero cum uxore est:sollicitus est quæ sunt mundi:& ppterea retrahi tur ne perfecte inhereat perfectiõi dei:cogitat quomodo placeat uxori. Qui autem sine uxore est:solicitus est quæ sunt domini: & cogitat quomodo placeat deo: Quamobrem si non es alligatus oxori noli querere uxorem. Beatior enim eris si sic secundum meum concilium per-manseris: ut sis ex illis eunuchis: qui se castrauerunt propter regnum celorum. Quoniam da-bo eis in domo mea locum: & nomen melius a filiis & filiabus:& nomen sempiternum dabo eis quod non peribit. Ecce expressi tibi tertium gradum quo peruenire ualeas ad prop-heticæ perfectionis altum.

¶ Capitulũ sextum q̃ ad appræhendendum perfectionem propheticam & finem religiosæ uitæ heremiticæ :exigitur ut monachus sit in caritate:& qualiter debet deum & proximum diligere adhoc ut sit in caritate.

A Modo percipe quartũ. Sequit̃ enim in admonitiõe mea. Quæ scilicet charit est cõtra iordanem. Certe iorda nis descentio corũ interpretat̃. per quẽ hoc in loco non absur de peccatũ significat̃. Quid enim facit tam descendere hoĩes a dignitate ymaginis & similitudinis dei in miseriã & turpitudinẽ:q̃ peccatum:quod est trangressio diuinorũ præceptorum. Teste enim sapiente. Miseros facit populos peccatum. Hinc moyses populo præ-cepta dei transgressuro:dixit. Denscendes & eris inferior. Omnis enim natura licet in suo genere sit munda:supiori tamẽ cõparata:reddit̃ turpis & immũda. Et a sua dignitate cadit atq̃ sorde-scit res nobilis cum infiori naturæ miscetur: licet in suo genere natura inferior non sordidetur. Nam & aurũ cum argento sordidatur:si ei misceat̃. Ego autẽ testãte scriptura feci tam excellen-

tis naturæ hoiem:q eũ cõstitui uniuersæ creaturæ p̃sidem. Quamobrẽ licet creaturæ sint mun
dæ in suo genere:humana tñ corda cadunt a sua dignitate:& sordescũt in creaturaꝝ fruitione.
Hinc de his qui corda in rebus creatis figunt:per prophetã dicitur. Facti sunt abhominabiles si
cut ea quæ dilexerunt. Hinc rursum per ꝓphetam alibi dicitur. Vastata est superbia iordanis. f.
peccati. Quia uidelicet unde peccatores contẽpnendo dei p̃ceptum in peccato contra deũ super
biunt:inde in uastitatẽ corruptiõis & abhominationis descendunt:dicente propheta. Corrupti
sunt:& abhominabiles facti sunt in iniquitatibus. Charit uero diuisio interpretatur: per quã ca-
ritas merito intelligitur:quia ipsa sola hominem diuidit a iordane scilicet a peccatorum descen-
tione. Hæc namq; charit silicet caritas perhibetur esse contra iordanem idest contra peccatorũ
descentõnem: quia sicut ait apostolus. Quilibet homo si cæteris omnibus bonis polleat:etiam si
loquatur omnibus linguis:& habeat omnem prophetiam:& omnem scientiam:& distribuat om
nem substantiã suam in cibos pauperum:& tradat corpus suum ita ut ardeat: caritatem autẽ nõ
habeat:nichil ei prodest:nec transfertur a morte peccati in uitã. Qui.n.non diligit: mãet in mor
te. Ab hac tamen morte diuiditur per caritatẽ:& ad uitam dicente Ioanne apostolo transfertur.
Nos inquit scimus quoniã translati sumus de morte ad uitam:quoniam diligimus fratres. Bene
igitur charit idest caritas est contra iordanem scilicet contra peccatoꝝ descentionem:quoniam
sicut ait sapiens uniuersa delicta operit caritas. Tu ergo fili mi:si uis esse perfectus: & ad finẽ mo
nasticæ uitæ heremiticæ peruenire: & contra iordanẽ idest peccatorum descentionem abscon-
di debite in charit idest in caritate ibiq; de torrente bibere:diliges dominũ deum tuum ex toto
corde tuo & ex tota anima tua & ex tota mente tua. Nam cum hoc adimpleueris:tũc perfectus
eris:& contra iordanem in charit idest in caritate absconderis. Si hoc adimplere renueris: miser
& improbus efficieris:& non in charit sed in iordane idest in peccatoꝝ descentiõe eris. Si enim
quicq̃ aliud amas plus q̃ me:iam non me diligis ex toto corde tuo nec es in charit scilicet in ca-
ritate,quare non es dignus uidere me. Qui enim amat patrem aut matrẽ plus q̃ me:non est me
dignus. Aut qui amat filium aut filiam super me:non est me dignus. Sed & si quicq̃ aliud tantũ
amas quantum me:nondum me diligis ex toto corde tuo:nec es in charit scilicet in caritate. Si
enim ex toto corde tuo me diligeres quãtumq; anima tua & cætera omnia eẽnt tibi cara:eis om
nibus dilectionem meam præferes & cuncta quæ cor tuum ab ea abducerent protinus respue-
res: & odio haberes. Si quis enim ueni ad me & non odit patrem filium: aut matrem & uxorẽ
& fratres & sorores: adhuc autem & animam suam.non potest esse meus discipulus. Si uero cor
tuum mihi tanto amore offeras:& teipsum mihi tanta dilectione committas:ut quod uolo & ti
bi prohibeo quãtumlibet sit difficile caueri: totum tamen amore mei uites & odias: quod autẽ
uolo & tibi præcipio quantũcunq; sit durũ fieri: nicilominus totum amore mei serues & adim
pleas:tunc incipis me utcunq; diligere ex toto corde tuo & ex tota mente: & in charit scilicet in
caritate esse. Qui enim habet mandata mea & seruat ea:ille est qui diligit me. Primum autẽ mã-
datum omnium est. Audi israel dominus deus tuus deus unus est:& diliges dominum deum tu
um ex toto corde tuo:& ex tota anima tua:& ex tota mente tua. Hoc est primum & maximum
mandatum. Quod quia seruari non potest sine dilectione proximi:eo q qui non diligit fratrem
suum quem uidet:non potest deũ diligere quem non uidet: ideo secundum mandatum simile
huic est. Diliges proximum tuum sicut teipsum scilicet in quo & propter quod debes diligere te
ipsum. In bono uero & non in malo:debes te diligere. Si enim in malo te diligeres.iam non teip-
sum amares:sed odio haberes. Qui enim diligit iniquitatem:odit animam suam. Ideoq; proxi-
mum debes sicut & teipsum in bono & nõ in malo diligere:ut omnia quæcunq; uis ut faciant ti
bi homines facias:& tu illis:& quod ab alio oderis tibi fieri:uide ne feceris aliquãdo alteri. Dile
ctio enim proximi:malum non operatur. Quapropter hoc in proximo amare & operari debes:
per quod iustus fiat si malus est:aut per quod iustus permaneat si bonus est. Rursum te debes di
ligere:non propter teipsum sed propter deum:quod enim propter se diligitur in eo finis læticiæ
& uita beata constituitur:cuius adipiscende etiam spes iam hoc tempore consolatur. In te uero
uel in alio homine non debes spem beatæ uitæ ponere. Maledictus enim homo qui confidit in
homine:& ponit carnem brachium suum:& a domino recedit cor eius. Debes ergo in domino
finem tuæ læticiæ & uitam beatam constituere. Apostolo dicente. Nunc autem liberati a pec-
cato:serui autem facti deo: habetis fructum uestrum in sanctificationem: finem uero uitã æter-
nam in christo iesu dño nostro. Ergo si liquide aduertas: deũ debes diligere propter seipsum: te

uero nõ ꝑpter te ſed ꝑpter deũ. Cũq; debeas diligere ꝑximum tuũ ſicut teipſum: debes utiq; eũ diligere nõ ꝑpter ſe: nec ꝑpter te: ſed ꝑpter deũ. Hoc autẽ quid aliud eſt q̃ in ꝑximo diligere deum. In hoc inquit ioannes apoſtolus cognouimus qm̃ diligimus natos dei cũ deum diligimus & mãdata eius facimus. Quæ oĩa utiq; in præparatiõe animi facis: ſi deũ diligas ꝑpter ſeipſum: & ſi ꝑpter deum diligas ꝑximũ ſicut teipſum. In his qppe duobus mãdatis: uniuerſa lex pendet & ꝑphetæ. Plenitudo aũt legis eſt dilectio. Propter quod ad eã ꝑcipue habẽdã: hortatur petrus apoſtolus dicens. Ante oĩa mutuã in uobis metipſis caritatẽ habẽtes: quia Caritas opit multitudinem peccatoꝝ. Sed tanto minus charit idest caritas tua opit peccata: & eſt cõtra iordanẽ idest contra peccatoꝝ deſcenſionẽ: quanto minus deũ & ꝑximũ diligis. Minor quippe dilectio: minorem meretur peccatoꝝ dimiſſionẽ: ſicut ſcriptũ eſt. Cui minus dimittiť minus diligit. Tanto uero magis charit. ſ. caritas tua opit peccata: & eſt contra iordanẽ. i. cõtra peccatoꝝ deſcenſionem: quãto magis deũ & ꝑximũ diligis. Quoniã maior dilectio: maiorẽ mereť remiſſionẽ peccatorũ quẽadmodũ ſcriptũ ẽ. Remittunť ei peccata multa: qm̃ dilexit multũ. Ecce expoſui tibi quatrũ gradũ: quo contingere queas ad ꝑphetalis perfectionis donum.

Capitulum ſeptimũ qualiter mõachus per quattuor præmiſſos gradus ad perfectionem peruenit: & finem religioſæ uitæ heremiticæ attingit: & in eo quieſcit.

REſtat nũc attẽdere qualiter ad culmẽ pfectiõis ꝑpheticæ & finẽ mõaſticæ uitæ heremiticæ p hos ꝑmiſſos quattuor gradus puenias. Sequiť enĩ in ꝑpoſitiõe mea. Et ibi de torrente bibes. Nempe expedit tibi ſapiẽtis eloquio: abſtrahere a uino carnẽ tuã: & animũ tuũ trãſferas ad ſapientiã: deuiteſq; ſtulticiã. Luxurioſa enĩ res ẽ uinũ & tumultuoſa ebrietas. Quicũq; his delectať: nõ erit ſapiẽs: ꝑpter quod ut facilius ad ueram puenias ſapientiã: a uino in charit abſtinebis: & in remediũ tuæ ſitis ac tutamentũ uitæ tui corpis bibes ibi de torrẽte materiali ſcilicet de aqua torrẽtis Reminiſcere tũ qualiter antea dixerim tibi: & ibi de torrẽte bibes: præmiſi: abſcõdere in torrẽte charit. Quod ideo ꝑdixi: quia ad hoc ut de torrẽte ſpiritualiter bibas: optet te prius in charit. ſ. in caritate abſcondi: In qua nõ illico abſconderis cũ in ea eſſe incipis: quoniã ſicur dictũ ẽ: nõ quãtũlibet caritas: ſed ſola pfecta opit uniuerſa delicta. Licet ergo mox ut me incipis ex toto corde tuo diligere: & ſi uere in charit. i. in caritate tñ nõ es ꝑtinus abſcõditus in charit. ſ. in caritate; quia non confeſtim es totaliť diuiſus ab actuali peccati cupiditate. Non enim mox qeſcũt. imo inſurgũt ĩ te carnales cõcupiſcẽtiæ & cogitationes immũde: conãtes cor tuũ ĩ uetita trahere: & a dilectiõe mea totaliter euellere. Propter quod nondũ potes pfecte diligere me ex toto tuo corde. Nam & ſi cor tuũ retieat tũc aſſidue dilectionem meã habitualiter in ſe; adhuc tñ nõ poteſt trãquille p actualẽ amorẽ pfecte ferri in me. Qui ne totaliter decidas a mea dilectiõe: oporret te tũc intẽdere ad expugnãdũ ĩſurgẽtes cogitatiões immũdas & carnales cõcupiſcẽtias cõtrarias dilectiõi meæ. Quas cũ uelut elicitas edomaueris non tñ continuo in crit. i. in caritate abſcõditus eris: quia nõdum me ex toto tuo corde pfecte amabis. Adhuc. n. reſtabũt multa tibi licita q̃ p me nec ꝑcepta ſũt tibi: nec uetita ut nuptiæ: diuitiæ: negocia ſæcularia: & ſimilia q̃ ſupra memoraui. Quibus cũ te ĩplicas: & ſi cor tuũ nõ diuellãt totaliter a mea dilectione: ſinunt te de me cogitare: ſed frequẽter te ĩpediũt a mea deſideratione & cor tuũ ſubducũt a meæ dilectiõis feruore. Quo quãto minus inflãmaris: tãto minus ĩ charit idest in caritate abſconderis: & quanto minus in caritate abſconderis: tanto minus ad perfectionem propheticam & ad finem monaſticæ uitæ heremiticæ tendis. Tu ergo fili mi ut promptius queas abſcõdi in charit ſcilicet in caritate & ad finem deſtinatum pertingere. ibiq; de torrente bibere: euita non ſolum per me tibi prohibita quæ te totaliter a mea dilectione ſeparant: ut ſunt carnales concupiſcentiæ ei contrariæ: & cogitationes immundæ: ſed etiam diffuge ea quæ te ab ardore dilectionis retardant: ut ſunt ea quæ propterea tibi prius diſſupplicãt. Nemo enim militans deo implicat ſe ſæcularibus negotiis ut ei placeat cui ſe probauit. Illa uero ſummo ſtudio exquire quæ te ad meæ dilectionis ardorem uocant: ut ſunt præcepta legis meæ: & ea quæ propterea tibi ſupra perſuaſi ſcilicet paupertas: & carnalis concupiſcentiæ crucifixio: obedientia: & uoluptatis propriæ abrenunciatio: continentia: & heremi ſolitudo. Nam cum in mandatis & conſiliis meis taliter exercitatus fueris: ut non ſolum cogitationes immundas: & carnales concupiſcentias dilectioni meæ contrarias; ſed etiam cætera feruorem dilectionis meæ impedientia & retardantia a te fugaueris: & ea quæ amori meo opitulantur elegeris:

si inde tam feruenti amore me trãquille diligas:tamq; uehementi dilectione mihi totaliter adhereas:ut nullũ desideriũ contrariũ dilectioni meæ uel eius ĩpeditiuũ aut retardatiuũ in mẽte tua sentias:tunc incipis me diligere pfecte ex toto corde tuo:& in charit scilicet in caritate absconditus esse atq; finẽ destinatũ pertingere.Finis enim præcepti est caritas de corde puro & cõsciẽtia bona & fide non ficta.Quicq̃ enim in lege tibi præcipio aut cõsulo:siue de fugandis a te cogitatiõibus ĩmũdis:& carnis ac mũdi cõcupiscẽciis ut cor tuũ ab his purũ teneas:siue de exhibẽdis proximo officiis:& uitãdis eius offensis ut sine reprahensione conscientiã bonã ad eum habeas siue de impendendis cultui meo obsequiis:ut ex fide non ficta sed uera mihi deseruias.totũ hoc ad hunc finem tibi suadeo:ut de corde tuo puro & feruens & uehemens amor totum pacificans cor tuum pcedat quæ totaliter mihi sine renisu cõiungaris:ut nichil penitus cõtrarium dilectioni meæ uel eius retardatiuũ cor tuũ in se senciat:sed tranquillum in amore meo totaliter cõquiescat:quod nihil aliud est q̃ habere cor purum ab omni peccati actualis sorde:& esse absconditũ in charit idest in illa caritate de qua sapiens ait. Vniuersa delicta operit caritas.Cum ergo ad hũc finem mõasticæ ac prophetalis uitæ hereminicæ perueneris:& ita in charit scilicet in caritate absconditus fueris,tunc ibi de torrente bibes:quia in hac tam perfecta cognitione tui ad me:potabo te & tuos sodales illo torrente:de quo propheta mihi loquens ait. Torrẽte uoluptatis tuæ potabis eos.Scriptũ est enim.Si reuersus fueris ad omnipotentẽ edificaberis:& longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo.Dabit pro terra silicem:& pro silice torrentes aureos:eritq; omnipotẽs contra hostes tuos:& accruabitur tibi argentum.Tunc super omnipotẽtem deliciis afflues & eleuabis ad deũ faciem tuã.Vbi uide si ad deum ex toto corde tuo ut præmittitur reuertaris:qualiter in bonum gradatim edificaberis.Primo quidẽ longe facies iniquitatem a tabernaculo idest a corde tuo:quia aliter cum omnipotente cõiungi nõ posses:sicut scriptũ est.Si dixerimus quoniam societatem habemus cum deo & in tenebris ambulamus:mentimur.Quoniã iniq̃tates nostræ diuiserũt inter nos:& deũ nostrũ & peccata nr̃a abscõderũt faciẽ eius a nobis. Scdo p terra idest pro terrenis affectionibus & diuiciis a te dimissis:dabit tibi deus silicẽ idest fortem & ardẽtem caritatẽ.Est enim silex lapis durus & focarius:a quo salit ignis.& significat illam perfectam caritatẽ de qua sapiẽs ait.Fortis ẽ ut mors dilectio:dura sicut infernus emulatio :lãpades eius lãpades ignis atq; flãmarũ .Hãc deus dat sicut ait apostolus.Caritas dei diffusa ẽ ĩ cordibus uestris p spiritum sanctum qui datus est nobis.Tertio pro silice forti idest perfecta caritate seruata a te:dabit tibi deus torrentes aureos illas uidelicet ineffabiles & suaues delicias spiritales:de quibus scriptum est.Oculus non uidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascẽdit quæ pparauit deus his q diligũt deũ.Heæ quidẽ deliciæ dicunt torrẽtes: quia istar torrẽtis cum impetu & magna uoluptatis habũdantia:ad mentẽ prophetæ fluunt : sicut scriptum est. Torrens redundans fons sapietiæ.Sed sicut torrẽs orto solis ardore cito arescit:ita dapes ille spirituales orta carnis cupiditate mox a mente prophetæ descendunt & torrescunt.Sunt uero hi torrentes aurei idest fulgẽtes tam ex ardore dilectionis dei ex qua ad mentẽ prophetæ pfluunt : q̃ ex mãifesta noticia dei ad quam hominẽ propheticum mistice producunt:sicut dominus ait. Qui diligit me diligetur a patre meo & ego diligam eum & manifestabo ei meipsum . Quarto cum ad talem dei noticiam perueneris:erit oĩpotẽs cõtra hostes tuos uisibiles & inuisibiles ptegẽs te ab eis:sicut ipse ait. Protegam eum quoniam cognouit nomen meum.Quinto accruabitur inde tibi argentum : de quo propheta ait . Eloquia domini eloquia casta argentum igne idest caritate examinatum. Quia enim propter caritatem dei mundum & consortia hominũ relinquens ut puro corde deo inhereas mereberis diuino habunde perfrui colloquio:ita ut occulta & futura interdum reuelẽtur tibi a deo.Tu ergo super omnipotẽtem deliciis inestimabilibus afflues & eleuabis ad deum libere contemplandum faciem mentis tuæ. Ecce docui qualiter ad perfectionem propheticam peruenias:& finem monasticæ uitæ heremiticæ attingas.

¶Capitulũ octauũ qualiter monachus debet humiliter perseuerare dum peruenerit ad pfectionem propheticam & finem religiosæ uitæ heremiticæ

DEinceps oportet q ultimo uideas quomodo in perfectione uitæ propheticæ heremiticæ perseuerare debeas.Sequitur enim in promissione mea . Coruisque præcepi ut pascant te ibi : Quod utique ad tui consolationem necessarium iudicaui . Nempe licet inenarrabilibus afflues deliciis quandiu bibes de torrente meæ

uoluptatis duplici tamen ratione tuum gaudium nondum erit plenum. Primo quidem quoniá uehemétissime ex totis tuis præcordiis desiderabis tunc faciem meam clare cōspicere quá tamē non poteris perspicue uidere. Non enim uidebit me homo: & uiuet: quia ergo lucem inhito inaccessibilē q̄ nullus hō in hac uita uidet: sed nec uidere potest. Scđo qm̄ dū i illis ieffabilibus delitiis quas bibes de torrēte me uoluptatis regescere diucius cōaberis: repēte tā pp fragilitatē tui corporis ab eis semotus: ad teipsum reuerteris. Corpus enim quod corumpitur aggrauat animá: & terrena habitatio deprimit sensum multa cogitantem. Hac itaq; duplici ratione: quia sanctá faciem meam non poteris clare cernere: & quia oppressus corruptibili corpore non ualebis diucius degustare. nec permanere in illa gloriosa dulcedinis contemplatione. Orabis tunc si uis in perfectione perseuerare: & dices incipiēs gemere Deus deus meus ad te de luce uigilo: sitiuit anima mea in te q̄ multipliciter: tibi caro mea. In terra deserta in uia: & iaquosa sic in sancto apparui & ut uiderem uirtutem tuam & gloriam tuam. Verum ne tunc irremediabilibus gemitibus & cordis mestitudine inconsolabiliter dissoluaris ex desiderio uidendi me: & fame gustandi suauitatem dulcedinis gloriæ meæ ad consolationem tui: Coruis præcepi: ut pascant te ibi. Quippe coruorum nomine ratiōe intelligūtur sancti prophetæ: tibi in exemplum dati a me: quia nequa q̄ de iusticiæ suæ luce superbiunt: sed per humilitatis gloriam: & infirmitatis propriæ noticiam peccatorum in se nigredinem confitentes aiunt. Si dixerimus quoniá peccatom non habemus: ipsi nos seducimus: & ueritas in nobis non est. Proinde de eorum quolibet scriptū est. Quis præparat coruo escam suam quando pulli eius clamant ad deum uagantes eo q; non habeant cibos. Coruus huius est nature q; pullorum suorum in ortu candidorū ora hiantia huc illucq; in nido uagancia: & cibos expetentia respicit. Quibus cibum prius non ministrat: donec per pennarum nigredinem proprii coloris similitudinem in eis recognoscat. Postq̄ uero nigrescere eos conspicit: totis suis uiribus eos deinceps pascit. Sic interdum prophetæ sancto a me misso nascūtur pulli scilicet discipuli ad tantam tandem gratiam peruenientes eius exemplo: ut bibant de torrente uoluptatis meæ: quēadmodū: & propheta ille. Sed cum ex infirmitate propriæ naturæ nondum fuerunt ad gustandum illam suauitatem perducti huc illucq; desiderio uagantes ad me clamare eo q; desideratos cibos illius internæ dulcedinis nequeant adhuc sumere. Et iuxta id quod scriptum: est Nisi conuersi fueritis: & efficiamini sicut paruuli nō intrabitis in regnum cœlorum. debent se tūc per humilitatem adhuc reputare pullos idest paruulos in bono: & formidare ne augmentum ostendant ex malo. Scriptum est enim. In multis offendimus omne: sEt tamen ipsi plerunq; a peccatis suis memoriam auertunt: & considerare propriam infirmitatem nesciūt. Ac per hoc nigredinem quam assumi oportet contra mundi nitorem non ostendunt. Tanto autem minus spiritualem illam refectiōem interius summere possunt: quáto exterius per cultum uitæ præsentis magis quasi nitescunt. Coruus igitur in pullis ora hiancia respicit: sed anteq̄ cibum ministret corpus indui pennarum nigredine in eis querit: quia missus a me propheta priusq̄ ad abscōsam escam uoluptatis meæ discipulos perducat: admouet eos: & expectat: ut exemplo sui a nitore uitæ præsentis per humilis lamenta pñiæ nigrescant: & peccatorum propriorum in se nigredinem recognoscāt: qui si in confessiōe uitæ præteritæ lamenta sui gemitus uelut nigrescentes plumas ex interioribus proferant: illico propheta eis hiantibus in ore præparatam a me escam ministrat: quia ad gustandam dulrediuem de torrente uoluptatis meæ emanātem eos inuitat. Quos tanto ardentius de torrente reficit: quanto uerius a mundi nitore eos nigrescere per humilis penitentiæ lamenta cognoscit. Sed ut cognoscant discipuli se escam ad quam propheta eos uocar a me recipere: ratione proponitur sub pentione. Quis præparat coruo escam suam quando pulli eius clamant ad deum uagantes eo q; non habeant cibos: Subaudis: nullus præparat nisi deus. qui sicut scriptum est: dat escam pullis coruorum inuocantibus eum. Tu ergo fili mi cum ad perfectionem prophencam: & finem monasticæ uitæ heremiticæ perueneris: & de torrēte meæ uoluptatis biberis ne inde de tanta suauitate gustata extollaris: repente ab ea ad tempus remoueberis propter fragilitatem: & corruptionem tuæ carnis: caue ergo tunc ne de perfectionis recto descendas tollere aliquod ex his quæ renuncians abdicasti Nemo enim mittens manum suam ad aratrum: & respiciens retro aptus est regno dei. Quamobrem quæ retro sunt obliuiscens ad ea quæ sunt priora extendens temetipsum persequere donec peruenias ad destinatum brauium supernæ uocationis. Non enim qui hæc perscripta incepit: sed qui in eis perseuerauerit usque in finem hic saluus erit. Et propterea uagans instar pullorum corui debes ad me incessanter clamando dicere. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te

deus.Nam si ad illam dulcedinis meæ prægustatam suauitatẽ nõ confestim reducaris.hoc ideo fiet primo ut scias te non ex tuis meritis sed ex mea gratia ad illam suauitatem prius peruenisse. Secundo ut ardentius eam desideres:& multiplicius desiderando capacior reddaris ad eam adipiscendam.Ne autem interim a perfectione poenitus corruas:coruis præcepi ut pascant te ibi: quia prædecessoribus tuis prophetis mandaui ut te doctrĩa exemplorum humilis poenitẽtiæ pascant qua peccatorum in se nigredinẽ humiliter recognoscebant & nitorẽ uitæ carnalis uitabãt. Quapropter ut interĩ saturatus esse queas : eorũ doctrĩa auide pascaris sicut scriptũ est.Sapiẽtiã antiquorum omniũ exquiret sapiens & in prophetis uacabit.Quoniã si eorum exemplo a nitore uitæ præsentis per propriæ fragilitatis noticiam & ueræ humilitatis noticiam ĩstar pullorũ corui totus nigrescas:& per deuotam orationem ac debitam peccatorum confessionem copiosos lamenti gemitus uelut nigrescentes plumas ad deum proferas:tunc reducet te deus iterum ad gustandam dulcedinem genere effluentem de torrente uoluptatis suæ.Hinc enim scriptum ẽ.Cõsiderate coruos:quia non seminant neq; metunt:quibus non est cellarium neq; orreum: & deus pascit illos.Ecce docui te quomodo debeas humiliter perseuerare in perfectione propheticæ uitæ heremiticæ.

¶ Explicit institutio . idest forma perueniendi ad perfectionem propheticã & finem monasticæ uitæ heremiticæ per deum ad obseruandum tradita prophetæ helyæ:& per dominũ Ioannẽ episcopum hierosolymitanum commentata & exposita ex dictis tam legis ueteris q̃ ẽt nouæ.

¶ Explicit liber primus de institucione & peculiaribus gestis religiosorum carmelitarũ.

¶ Incipit præfactio in secundũ librũ. Actor.

Liber iste secundus agit totus de uita monastica quã helyas secundũ formã per deum ei expositam in heremo duxit:& de uiris quos in obseruantia dictæ uitæ discipulos habuit.specialiter autem de quattuor prophetis quos ad dictam uitam traxit:& qualiter suos discipulos illius uitæ disciplinam docuit.Habet autẽ hic liber octo capitula. ¶ Capitulũ primum q; helyas mõasticam uitam heremiticam secundum formam per deum ei expositam incepit:& ad perfectionẽ ac finẽ dictæ uitæ peruenit & ĩ ea perseuerauit. ¶ Capitulum secundum q; helyas disposuit successores habere in obseruantia monasticæ uitæ heremiticæ & qua ratione ipsi in sacra scriptura appellati fuerũt prophetæ. ¶ Capitulũ tercium q; aliqui ex dictis helyæ prophetis sine discipulis fuerunt a deo spiritum propheciæ consecuti: & qua ratione dicti discipuli fuerũt etiam in sacra scriptura filii prophetarum appellati. ¶ Capitulũ quartũ q; ionas propheta fuit per helyam a mortuis resuscitatus:& eius discipulus effectus:& a deo spiritum prophetiæ consecutus. ¶ Capitulũ quintum q; helyseus propheta fuit perfectus helyæ discipulus.& ydolatras perfectus.& in signis clarus. ¶ Capitulũ sextum: q; ancheas propheta adhesit helyæ in disciplina prophetica uitæ monasticæ & tandem accepit spiritũ prophetiæ. ¶ Capitulum septimum.unde abdias propheta fuit ortus & qua ratione fuit factus helyæ discipulus. ¶ Capitulum octauum q; helyas tam factis q̃ uerbis exemplar monasticæ uiuendi se discipulis suis præbuit:& q; quicquã perfectionis est in monachoꝝ uita ab helya tanquã a primo exemplari originem traxit.

¶ Incipit liber secundus de institutione & peculiaribus gestis monachorũ carmelitarũ. ¶ Capitulum primum q; helyas monasticam uitã heremiticam per deum ei expositam incepit:& ad perfectionem ac finem dictæ uitæ peruenit & in ea perseuerauit.

¶ Ioannes quadragesimusquartus episcopus hierosolymitanus ĩ libro de institutiõe primoꝝ monachoꝝ in lege ueteri exortoꝝ & in noua perseuerantiũ.

HElyas itaq; audita a deo præfata lege perueniendi ad perfectionem propheticam & monasticæ uitæ heremiticæ finem & perseuerandi in eadem considerauit: q; non auditores sed factores legis iustificabuntur: propter quod ex totis suis præcordiis studuit ad dictam perfectionem propheticam & finem monasticæ uitæ heremiticæ peruenire:& legem ad eam perueniendi quam a deo audierat opere adimplere : sicut de eo ita legimus scriptum in superiori lectione libri regnorum.Abiit ergo helyas:& fecit iuxta uerbum domini.Cumq; abiisset:sedit in torrente charit: qui est contra iordanem. Corui quoq; deferebant ei panem & carnes mane: similiter panem & carnes uesperi: & bibebat de torrente: Hæc autem præmissa uerba exponemus tam historicæ quam mistice : quia utroque modo de helya uerificata fuere.Abiit ergo helyas . Quo abiit : contra orientem . hoc est contra ori-

ginalem suæ carnis cupidinẽ:quia enim in carne eius non inhabitabat bonum:arbitratus fuit se esse debitorem non carni ut secundum carnẽ uiueret:quia sicut inquit apostolus:Si secũdũ carnem uixeritis moriemini.Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis : uiuetis . Ideo helyas ut in spiritu perfectæ deo uiueret:crucifixit carnem suam cum uiciis & concupiscentiis:mortificãs membra peccati quæ sunt super terram:fornicationem:libidinem:imundiciã & concupiscentiam malam. Altiori quodammodo antecessoribus suis:qm̃ ut p puritatem castitatis & incorruptionem suæ carnis equaretur angelis imitatione conuersationis seipsum propter deum uirginitate perpetua primus hominum sponte decorauit.

¶ Isidorus libro secundo de origine officiorum capitulo quadragesimo tertio.

¶ Nunc autem quæ sit sacræ uirginitatis ĩtegritas uel a quo tam sancti propositi studium sit exortum breuiter intimabo. Quantum enim ad uetus testamentum attinet:Helyas Ieremias & daniel castitati & continentiæ bene primi studuisse noscuntur.

¶ Hieronymus libro primo contra iouinianum.

¶ Heliam ergo q̃ stulte posuerit sanctus Iouinianus in cathologo maritorum me tacente manifestum est. Si enim Ioannes baptista uenit in spiritu & uirtute helyæ & Ioannes uirgo est utique non solum in spiritu eius uenit:sed etiam in corporis castitate.

¶ Cassianus libro primo de institutis monachorum capitulo primo.

¶ Prior scilicet helyas qui in ueteri testamento uirginitatis iam flores & castimoniæ continentiam præfigurabat exempla.

¶ Ioannes quadragesimus quartus episcópus ierosolymitanus ubi supra.

¶ Qui semetipsum protsus abnegans & uoluntati propriæ abrenũcians: semper superioris idest dei uoluntatẽ prorsus secutus fuit. quẽadmodũ de eo scriptũ ẽ. Abiit quocuuq; eũ ferebat uolũtas.s.dei. Seqẽ. Et fecit iuxta uerbũ dñi:quia scilicet de terra & de cognatiõe sua & de domo patris sui.in solitudinem recessit.deo pro ipso aliquod melius tunc prouidente:ut scilicet a morte eriperetur:& ad perfectionem monasticæ uitæ traheretur. Quippe populus israel per achab regem recenter seductus adorabat tunc baal tanquam deum largitorem pluuiarum & fertilitatum cæterorumq; temporalium bonorum. Non aduertebat autem populus ille omnia hæc puenire a deo uero israel & non a baal. sicut dominus conqueritur per prophetam dicens. Et hæc uestiuit quia ego dedi ei frumentum uinum & oleum & argentum multiplicaui ei & aurum quæ fecerunt baal. Ob hoc uolens helyas tunc regi achab & populo israel ostẽdere illum esse uerum deum quem ipse colebat.& baal:etiam falsum deum quem rex instigante regina nouiter a populo adorandũ introducebat. prædixit eis uerbo domini q; quantumlibet inuocarent baal pluuiã eis largiri non posset:neq; annis illis ros aut pluuiam super terram descenderet : donec pro hoc ipse helyas deum israel peroraret. Et quia propter carentiam pluuiæ secuta fuit tunc fames uehemens in regno samariæ:ideo querebat eum rex interficere. Sed helyas priusquam a rege quereretur:fecit iuxta uerbum domini. Quoniã ne a rege inueniretur:recessit nutu dei de terra & de cognatione sua & de domo patris sui in solitudinem:relinquens de cætero mundanas diuitias. nõ solum mente sed etiam opere. ne per domesticam curã aut per facultates & terrenas possessiones impediretur a consecutione perfectionis uitæ monasticæ:ad quam per deum tunc uocabatur ipse.

¶ Crisostomus in commentario super matheum omelia.xlvi.

¶ Vnde mirabilis factus est helyas: nonne a libera ad regẽ pro palacione:Nonne a zelo qui erat in eo ad deũ:Nonne a repudiacione possessionum:Nonne a melota spelunca & montibus.

¶ Ioannes quadragesimusquartus episcopus ierosolymitanus ubi supra.

¶ Sequitur : Cunq; abiisset sedit in torrente charit qui est contra iordanem:quia scilicet squalorem heremi ex tunc helyas cum silentio equanimiter sustinens: monachalem uitam heremiticam primus hominum a proposito seruare studuit. Quam bene secundum ethimologiam uocabuli sine nominis in solitudine torrentis charit inchoauit . Interpratatur enim charit diuisio ut etiam nomen loci in quo sedit:iudicaret eum esse diuisum a consortio & uita sæcularium hominum. Sedit itaq; solitarius in torrente charit. deducens quasi torrentem lachrimas per diem & noctem:ut sic esset contra iordanem idest contra peccatorum descensionem : quatinus ex suæ uitæ conuersatione innotesceret quã rectæ a proposito primus hominum officium monachi ipse tunc inchoaret. Monachus enim uere deinceps ipse fuit:quia singularis siue solus & tristis sedit peccataq; sui & aliorum solitarius uberrime luxit.

¶ Isydorus libro secundo de origine officiorum:capitulo quintodecimo.

¶ Vnde autem ad monachos studiũ defluxerit paupertatis uel quis huius conuersationis extitit auctor:Cuius isti habitum imitantur:Quantum enim attinet ad auctoritatem ueterum scripturarum:huius propositi principes helyas & discipulus eius helyzeus fuerunt.

¶ Iohannes.xliiii.episcopus ierosolimitanus.ut supra.

¶ Mistice autem.Cumq; abiisset helyas contra iordanem.i. cõtra originalẽ suæ carnis cupidinẽ sedit in torrente charit qui est contra iordanẽ. quia ĩ charit.i.in dei caritate eũ diuidente A iordane.i.a peccatoꝝ descencione ex tunc semper stetit.sicut ipse ait . Viuit dñs exercituũ ante cuius uultum sto.Iure autẽ merebatur ipse ante cẽsitudinẽ diuinæ maiestatis stare . quia in tanto culmine perfectionis extiterat.licet namq; saluator dixerit . Inter natos mulierum non surrexit maior iohanne baptista.helyam tñ iohanni esse equalẽ angelus Gabriel euidẽter testabaẽ. dum Zachariam affaus Iohãnem in spiritu & uirtute helyæ præire christum assentiuit.

¶ Augustinus in libro questionum noui & ueteris testamenti.questione.xxvi.

¶ Dictum est a spiritu sancto ad Zachariam cuius meriti futurus esset iohannes. Veniet inquit in spiritu & uirtute helyæ.parem ergo Iohannẽ helyæ ostendit.Et dominus dicit.Nemo maior inter natos mulieꝝ Iohanne baptista.Non dicit omniũ maior est.hoc est equalẽ habet . maiorẽ non habet.Helyas ergo par illi est.non utique minor.

¶ Iohannes.xliiii.episcopus ierosolimitanus ubi supra.

¶ Cuius helyæ cor ut in deserto ex feruenti caritate inter se cõcaleret & in meditatiõe sua ignis diuini amoris exardesceret:gustabat frequẽter ĩeffabilẽ dei gloriã. & sedebat.i . requiescebat in torrẽte uoluptatis diuiæ.quo deus potat diligẽtes se.dicẽte ꝓpheta. Torrẽte uoluptatis tuæ potabis eos.Sed quãuis satageret tunc helyas in cõtemplatiõe tã ineffabiliũ diuiciaꝝ sine deliciaꝝ assidue requiescere.Oppressus tamen corruptibili corpore nequibat in eis diutissime ꝑmanere. Qui ad seipsum reuersus:modo lætabatur in corde tacite ex recordatiõe suauitatis gustate.modo uero gemebat ualide ex desiderio & fame gustandi suauitatẽ dulcedinis tam iucunde.Sequitur.Corui quoq; deferebant ei panẽ & carnes mane.similiter panem & carnes uesperi . Quibus cibis helyas exinanitum corpus in deserto reficiebat tantum ne deficeret.Nec dubium quin deus panem & carnes illi ministrabat per coruos ei deferendos . Sic enim antequã ad torrentẽ charit iret:prædixit ei deus.Coruis ꝑcepi ut pascant te ibi.Propter quod helyas dũ in charit existeret.confidens in domino.escam suam in manu dei committebat.cui cura erat de eo.Illa autẽ omnia ad uitam necessaria adiciebat ei deus.quia ipe primum querebat regnum dei & iusticiã eius Mistice uero prophetæ prædecessores sui.dicti corui.ratione superiori deferebant ei panem doloris & penitẽtiæ & carnes humilitatis uere.mane.i.quãdo ipse ex recordatione suauitatis gustate lætabatur.Similiter & uesꝑi.dum scilicet de absẽtia illius suauitatis gustate tristabatur.Quippe ne de ineffabili iucunditate sibi subtracta ipse ex tristitia dissolidetur Corui deferebant ei panem.de quo scriptum est.Cibabis nos pane lachrimarum.Nam sancti prophetæ eorum exẽplis sibi in diuinis scripturis relictis reducebant ei ad memoriam nigredinẽ suorum peccatorum .Ex quorum cõsideratiõe saciebatur pane lachrimaꝝ & doloris . propter quod humiliter reputabat se indignũ bibere illam ineffabilẽ suauitatem.quam non ex suis meritis sed ex dei gratia cõfiderabat se prius gustasse.Similiter ne in læticia ex recordatione suauitatis gustate ipse per inanẽ gloriam extollerertur: corui deferebant ei carnes.quia sancti prophetæ eorum exemplis ad memoriam ei reducebant suæ carnis fragilitatẽ & corruptiones quæ auferebant ab eo illas delicias tam suaues. Cuius fragilitatis pastus agnicione humilis manebat in se.cernẽs ꝙ omnis caro fœnũ & omnis gloria eius tanquã flos agri.Tam igitur ex fragilis carnis consideratione quoniã ex peccatorum suoꝝ recordatiõe:fuerũt ei lachrimæ suæ panes die ac nocte:dum corui.i. prophetæ dicebant ei cotidie ubi est deus tuus. Hæc uero dicẽtibus prophetis recordatus scilicet ꝙ ex peccatorum nigredine & ex proprie carnis fragilitate remouebatur ipse ab illa archana dei participatione:effundebat in se animam suam.quia per deuotam orationem & humilem peccatorum cõfessionem:copiosos lamenti gemitus ad deum proferebat : Et bibebat de torrente idest de aqua torrentis.abstrahens a uino carnem suam.ut animum suum transferret ad illam salutarem sapientiæ aqua.de qua dicitur.Aqua sapientiæ salutaris potabit illum domius.A cuius ubertate in ebriabatur & torrente uoluptatis eius potabatur.Rursum in spiritu raptus:transibat helyas in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum dei.Hoc itaque prædicto modo prophetalem uitam monasticam ducebat helyas in heremo.

¶ Capitulum secũdum ꝙ helyas disposuit successores habere in obseruantia monasticæ uitæ heremiticæ: & qua ratione ipsi in sacra scriptura appellati fuerunt prophetæ.

DEniq; helyas in mõastica uita heremitica quã primus hominũ a ꝓposito inchoauerat successores post se ĩperpetuũ relinquere disposuit. Qui ut pater primus mõachorum fieret in suos discipulos elegit quosdã uiros qui iccirco ad ipsum in solitudine torrẽtis charit. tunc latentẽ cõfugiebant. ne per regẽ achab & reginã iezabel cogerent̃ sicut & cæteri populares adorar̃ baal. Viri quippe isti timore dei repleti. cernentes helyã ita uerbo domini tunc cõtinere coelũ ꝙ pluuiã nõ dabat super terrã: ad eum tanquã ad ueri dei custorẽ accedebant occulte in solitudine charit. ut sub eius doctrina in cultu ueri dei ꝑsistere possent. & ydolatriam uitarẽt. Hos itaq; deo deuotos uiros helyas secũdum formã a deo ei traditã habuit suæ mõasticæ uitæ primos discipulos & imitatores ocros quos etiã docuit ꝓphetare. i. ad laudẽ dei cantica & ympnos & psalmos cũ instrumẽtis musicis canere. Cõsiderauit enim ꝙ bonũ ẽ cõfiteri domino & psallere nomini suo altissimo. ad annũciãdũ mãe misericordiã suã & ꝑ noctẽ ueritatẽ suam. in decacordo psalterio cũ cantico in cithara. Sapiens ergo hiis omnibus helyã cõmendans sibi in eius laudẽ ait. ꝓphetas facis successores post te. Hæc aũt sapiẽtis uerba qdam in cortice cõsiderantes: ad hunc sensum ĩterpretati cõati sunt: ut quia helyæ ꝑdixit deus helyseũ unges post te: ideo estimauerũt sapientẽ cõsequent̃ sancto helyæ dixisse. Prophetas facis successores post te, quasi ex hoc licuerit helyæ suos successores facere ꝓphetas. i. futura ꝓnunciãtes: quia deus ei dixit. Heliseũ unges ꝓphetã post te. Sed an hic sensus intentionẽ sapiẽtis cõueniat: satis patet. Ait enim apostolus Petrus. Non uolũtate hũana allata est aliquãdo ꝓphecia sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei hoĩes. Quomodo ergo helyas faceret ꝓphetas. i. futura ꝑdicẽtes: q nõ a uolũtate humana sed a solo spiritu sancto efficiont̃. Quẽadmodũ apostolus Paulus testat̃ dicens. Alii datur opacio uirtutũ. alii ꝓphecia. alii discretio spirituũ. Hæc aũt oĩa operat̃ unus atq; idẽ spiritus. diuidẽs singulis ꝓ ut uult. Nõ ergo ẽ putãdũ ꝙ helyas tales ꝓphetas fecerit quos solus spiritus sanctus cõstituent. Quapropter ꝑmissum sensum ab intẽriore sapiẽtis deuium relinquẽtes: ad meotẽ sapiẽns emichandũ ꝓperamus. Scimus qdẽ in diuinis scripturis nõ solũ appellari ꝓphetas illos q futura ꝓuident & ꝓnũciant: sed etiã illos q ad hoc officiũ sunt istituti: ut scilicet cũ instrumẽtis musicis deuote deũ laudent & ei psallant. Quid enim aliud ẽ qđ in libro paralipomenõ sic legit̃. Porro cãtatores filii asaph stabãt in ordine suo iuxta ꝓceptũ dauid. & asaph & eman & ydithũ ꝓphetaꝝ dauid. Hoc qppe i loco asaph & eman & ydithũ ideo dicti sont ꝓphetæ dauid: quia ꝑ eũ erãt istituti cantores ad psallendũ deo cũ instrumẽtis musicis. quẽadmodõ alibi in eodem libro sic scribitur. Dauid & magistratus exercitus segregauerũt in ministerium filios asaph & eman & ydithũ. qui ꝓphetarẽt cũ citharis psalteriis & cimbalis secundũ numerum suum dedicatũ sibi seruientes officio. Et post pauca. ydithũ in cithara ꝓphetabat sup oẽs confitentes & laudantes deũ. Hii igit̃ asaph eman & ydithũ hoc in loco dicti sunt ꝓphetare. nõ ideo quia futura tũc ꝓuiderẽt uel ꝓnunciarent: sed quia deum laudabãt & cũ instrumẽtis musicis ei psallebant. sicut paulo post ibidem scribitur. Vniuersi sub manu patris sui ad cantandũ in tẽplo domini distributi erant in cymbalis & psalteriis & citharis in ministerio domus dñi iuxta regẽ asaph & eman & ydithũ Quamobrẽ dum sapiẽs sancto helyæ dicit. Prophetas facis successores post te. non ideo hoc dixit ut spiritũ præuidendi uel pronunciandi futura cõferret: sed ideo potius. quia helyas monachos successores post se instituit. non tantum ad uitam monasticam obseruandam secundum formam a deo sibi traditam: sed etiam ad hoc seruicium ut prophetarent hoc est ut in psalmis canticis & impnis deuote deo psallerent. & ut deum non solum corde & ore: sed etiam cum instrumẽtis musicis laudarent. Et propterea appellati sunt prophetæ. i. psallentes. & eorum uita dicta est prophetica. i. ad psalmos cum instrumentis musicis domino canendos dedicata. Et quia in psalmis taliter domino canendis & in obseruanda uita monastica secundum formam per deum traditam helyæ obtemperabant ipsi prompto corde illi sancto prophetæ: meruerunt ob hoc benedici a sapiẽte. dicẽte eorum patri helyæ. Beati sunt qui te audierunt & in amicicia tua decorati sunt. Hii quidem illi sunt prophetæ domini quoꝝ liber regnorũ meminit centum fuisse. a nece per abdiam præseruatos cum regina iezabel cæteros eorum ĩterficeret. Quos diuina appellat illic scriptura prophetas domini. non quia tunc futura præuiderent uel prænunciarent: sed quia ut præ diximus cum instrumẽtis musicis psalmos cãtica & ympnos deo deuote psallebant. Quod ex hiis tibi prospicuum fiet: legimus enim in libro regnorum ꝙ

cū helyæ indicasset abdias se ī spelūcis abscōdisse & seruasse centū ex dictis dñi ꝓphetis:helyas mox in mōte carmeli israelitico dixit pplo. Ego ꝓpheta dñi solus remāsi.Sed cū helyas tūc nō ignoraret centū ex his ꝓphis dñi p abdiā fuisse a nece ꝑseruatos:quomō salua a mēdacio cōsciē tia poterat uir dei populo dicere.Ego remansi ꝓpheta dñi solus?Absit aūt uel suspicari q mēti ret tantus ꝓpheta:cuius uerbum teste sapiēte ardebat q̄si facula:uel arbitrari q ignoraret tūc alios prophetas dñi præter se uiuere. Quomodo aūt hos uiuere ignoraret helyas:qui neq; nume rū ꝓphetaꝝ baal ignorabat quos tūc reuelauit q̄dringētos q̄nquaginta & ꝓphetas lucoꝝ qua dringentos esse.Nōne ēt p abdiā recentus certificatus erat:q ꝓphetas cētū dñi abdias ipse ī spe lūcis absciderat & a morte præseruauerat.Cum ergo hos prophetas dñi uiuere helyas nō igno raret:quomō populo uerū loq̄bat̄ dicens.Ego ꝓpheta dñi remansi solus. Nisi iō uerū dicēt qa sciebat q nullus ꝑter eū erat tūc in regno israel ꝓpheta dñi talis q futura prenosceret p spititū dñi:uel uobis prenūciaret q̄uis eo sciente essent:tūc in israel hii ꝓpheræ dñi quos abdias in spe lūcis abscōdens a morte ꝑseruauerat.Sed qa isti uiri prophetæ ī sacra scriptura sunt appellati:eo q deuote cū instrumētis musicis deo canebant:non aūt eo q uentura tunc ꝑuiderent uel pre nunciarent sicut solus helyas in regno israel tūc p spm dñi futura ꝑuidebat & ꝓnūciabat: ꝓpte rea ad hunc sensum uere & a sua mente mendacio ꝓpulsato helyas dixit tūc populo Ego remā si ꝓpheta dñi solus.Nullus quippe ꝑter eū ꝓpheta prænoscēs p spm dñi futura in regno israel tūc remanserat:qm filii israel eos oēs occiderant.Quēadmodū helyas postmodū fugiens ī spe luncam montis oreb ꝓpter metū reginæ iezabel uolentis ēt cū occidere : conquerens de nece dictoꝝ ꝓphetaꝝ domino dixit.Dereliquerūt pactū dñi filii israel.Altaria tua destruxerunt & prophetas tuos occiderunt gladio:& relictus sum ego solus.

¶Capitulum tertiū q ex prædictis heliæ discipulis fuerunt a deo spm ꝓphetiæ cōsecuti:& qua ratione ipsi fuerunt in sacra scriptura filii prophetaꝝ appellati.

CVm autem de spelunca montis oreb in qua aliq̄diu mansit fuisset helyas iussu dei reuersus in terram israel ipse collectis in unū.f.discipulis in monte carmeli protinus studuit scdm formam a deo sibi traditam denuo inducere eos ad obseruandam ui tam monasticam:quos ēt solicite docuit disciplinam propheticam:ordinans ut de uote in psalterio in cithara & in cimbalis iubilatōis deū laudarent.Cui officio prius non pote rant pfecte intendere ꝓpter graues ꝑsecutiōes quas passi fuerant a rege achab & precipue a ieza bel uxore sua.Sedatis autē p deum ꝑsecutionibus illis:ex tūc quosdam hoꝝ monachoꝝ excel lentes uiros cæteris pfectius eū īstrumentis musicis deo in psalmis deuote iubilantes:cōstituit deus ꝓphetas:q scilicet sicut helyas ꝓphetarent.Per hunc q̄ppe psalmoꝝ iubilū apiebāt ita de uote dño penetralia mentiū:ut frequenter in eoꝝ corda īmitteret deus ꝓphetiæ spm. Propter q̄d dū de occultis certificari a dño uolebant:ad hunc psalmoꝝ iubilū deuotissime recurrebāt: Hinc in libro regnoꝝ legimus q heliseus in hac disciplina eruditus:cum per regē iosaphat eēt quadam uice de futuris consultus:& deesset sibi tūc ꝓphetiæ spiritus: psalteriū ad se duci fecit: In cuius cantu:cor deuote domino apiens ꝓphetiæ spititū de quesitis a deo accepit.

¶Gregorius omelia prima super:ezechielem

¶Vox etenim psalmodie eum p intentionem cordis agit̄:per hanc oīpotenti deo ad cor iter paratur:ut intente menti uel prophetiæ misteria uel cōpunctionis gr̄am īfundat. Vnde scriptū est.Sacrificiū laudis honorificabit me:& illic iter quo ostendam illi salutare dei.Quod enī la tine salutare: hoc hæbraice iesus dicit̄. In sacrificio igit̄ laudis fit in iesu iter ostensionis . qa p psalmodiā cōpunctio inuenit̄ sicut ipse de sua ostensione loquitur dicens. Qui diligit me dili getur a pr̄e meo & ego diligam eū & manifestabo ei meipsum.Hinc quoq; scriptū est . Cantate domino psalmū dicite noī eius iter facire ei qui ascendit sup occasum dominus nomē illi.Ipse enim super occasum ascendit:qui mortem resurgendo calcauit. Cui dū cantamus:iter facimus ut ad nr̄m cor ueniat & sui nos amoris gratia incendat.

¶Ioannes uigesimus quartus episcopus:hierosolymitanus ubi supra.

¶Diuina itaq; disponente sapia ex tunc scūm fuit q helyas multiplicatis istis monachis p eū institutis.quosdā ex eis excellētes ꝓphetas qui futura preuidebant:assumpsit ad hoc officiū:ut scilicet cū eo & post eū dictos:monachos solicite in uita monastica scdm formam ei traditam adeo erudirent:ut in disciplina prophetica & in psalmis in psalterio canendis eos instituerent:

& ita diligenté curá eorum gererét:ac si filii eorum essent. Et propterea hii monachi qui prius ut prædiximus uocabant ꝓphetæ:fuerút postmodú appellati filii ꝓphetaꝝ:quia dictoꝝ excellentium ꝓphetaꝝ huius religiõis erant discipuli & in prophetica ac in mõastica disciplina sub regimine ipsorum tanq̃ patrum suorum prophetarum. Et sub hoc titulo quo dicebantur filii ꝓphetarum fit sæpe in libro regnorum de hiis monachis mentio.

❡ Super cantica in expositione quarti capituli. Rupertus abbas libro tertio

❡ Greges capraꝝ qui apparuerút de mõte galaad utiq; greges sunt ratiõales qui túc apparuerút cú illi uiri esse ceperút:de qbus apostolus dicit. Circuierút in melotis in pellibus caprinis:egétes angustiati:afflicti:qbus dignus nõ erat mundus:in solitudinibus errátes:in montibus:& in speluncis & in cauernis terræ. Apparuerút inq̃ de mõte galaad.i.de ciuitate eiusdé nominis sita ad radicem montis galaad:cuius habitator fuit helyas:sicut scriptú est:Hæc dicit helyas thesbites de habitatoribus galaad ad achab. Viuit dñs deus israel de cuius cõspectu sto si erit annis hiis ros & pluuia nisi iuxta oris mei uerba. Hæc dicit & fecit ille primus actor & institutor eoꝝ q dicti sút filii ꝓphetaꝝ:quos fuisse mõachos in ueteri testaméto cõsentit auctoritas patꝝ. Qui túc dicuntur apparuisse:quia iam dictus eoꝝ institutor helyas sic repente illic inducit᷑:ut antea nusq̃ scriptura meminerit quis fuerit uel unde ꝓgenitus. Illi aút in solitudinem fugerunt propter sanguinem quem persequebatur iezabel secundum nomen suum quod interpretatur fluxus sanguinis interficiens prophetas domini.

❡ Capitulú quartum ꝙ Ionas propheta fuit per helyá a mortuis resuscitatus: & eius discipulus effectus: & a deo spiritú ꝓphetiæ cõsecutus. Ioannes. xliiii. episcopus hierosolymitanus ubi supra.

IGitur cú eorú religio esset iá tépore helyæ ita multiplicata:ꝙ tam in heremis q̃ in ciuitatú sub urbiis erát pluries eoꝝ cunei:necesse fuit ut præter helyá qdá ex eis excellentes ꝓphetæ discipuli helyæ eos regerét & gubernarét:quos mõachi prædicti uocabant patres suos & ipsi dicebant filii ꝓphetaꝝ. Hotú auté ꝓphetaꝝ helyé discipulorú: non quidé oíum sed paucoꝝ.i. quattuor ex ꝑcipuis decet hic aliqua succincte memorari. Inter hos ꝓphetas helyæ discipulos:primus ordine téporis:ad uitá monasticá p helyá uocatus fuit sanctus Ionas de regiõe ieth:quæ est in offir filius illius mulieris uiduæ:cui ligna colligenti in sarepta sydonioꝝ helyas obuiauit:& in cuius domo latuit dú rex achab p oés gentes & regna eú ad mortem perquiri fecit:Hunc ionam puerum helyas tunc resuscitauit a mortuis: cum sustentaretur in domo suæ matris.

❡ Hieronymus in prologo super ionam.

❡ Sanctú ioná hæbrei affirmát filiú fuisse mulieris uiduæ sareptanæ:qué helyas ꝓpheta mortuú suscitauit:matre postea dicéte ad eum. Nunc cognoui quia uir dei es tu & uerbú dñi in ore tuo uerum est. Ob hanc causam etiá ipsum puerú sic uocauit amathi. Amathi in nostra lingua ueritatem sonat. Et ex eo ꝙ uerú helyas locutus est:ille qui suscitatus est filius dicitur esse ueritatis.

❡ Ioannes quadragesimusquartus episcopus hierosolymitanus ubi supra.

❡ Quem ob hoc mater ex deuotione tradidit helyæ erudiendú in disciplina prophetica uitæ monasticæ:& factus helyæ discipulus ministrauit ei. Cú auté oraret deú helyas pro pluuia í mõte carmeli: misit semel hunc ionam puerú ut de monte prospiceret si aliquis in mari appareret. Qui cum contemplatus esset:ait. Non est quicq̃. Et rursum dicit ei helyas. Reuertere septé uicibus:& in una uice uidit ionas nubeculam paruam quasi uestigiú hoís ascédété de mari. Quod cum helyæ renunciasset:agnouit helyas pluuiá grandé tunc descensuram super terram:quá pluuiam fore uenturam ionas per helyam missus regi achab eá desideranti indicauit. Post captú uero helyæ in cœlum ionas ab helyseo in ramoth galaad missus unxit hien in regem israel ad ulciscendú necé ꝓphetaꝝ helyæ discipuloꝝ. Demú monitus a deo ionas ut in niniuen pergens prædicaret eam infra quadraginta dies subuertendá:uidit sancto reuelante spiritu :imitantes per suam prædicationé conuertédos ad penitentiá & cõsecuturos dei numam. Ideo ne falsa uidentur eis renunciare:renuebat illic ire:donec in mare proiectus & a belua marina deuoratus: post triduum a pisce in terram eomitur. Qui sancto reuelante spititu sciens conuersioné gentium fore ruiná hæbreoꝝ ꝑdicás niniuitis: ideo de eorú cõuersione dolebat:quia hac occasione suum populum israel ruituꝝ timebat. Sed dñs ostendés ei tépus nouissime ruinæ populi israel nõdú uenisse:iussit eú ad terrá israel redire & ꝓphetaræ terminos israel ab introitu emath usq; ad ma-

re solitudinis restituendos per Ieroboam regem israel.

¶ Comestor in historia scolastica sup: xv. capitulo quarti libri regum.

¶ Hic ionas prædixit signū euersiōis hierusalē: q̄ dū uiderint lapidē luctuose clamātē ꝑpe finē fi nis. Et cū uiderint in hierusalē gentes uniuersas tūc tota illa ciuitas irrecuperabiliter euerteret. Mortuus est & sepultus in spelunca unius iudicis israel. Cuius sepulcrum monstratur in una urbium geth in uitulo iuxta sephorum.

¶ Capitulū quintū q̄ Helyzeus ꝓpheta fuit factus helyæ discipulus: & fuit ydolatras persecutus & in signis clarus. Ioannes. xliiii. episcopus hierosolymitanus ubi supra.

A Lius ꝓpheta & supp̄mus helyæ discipulus fuit factus heliseus ex patre uocato saphat de urbe abelmanla sita in regiōe zelmaan. Et sicut in libro regnoꝝ legit̄ dū de speluca mōtis oreb reuerteret̄ helyas in terrā israel: iueniēs hūc helyseū arantē in agro: misit sup cū palliū suū: & ita elegit eū in discipulū: q post īpositionē palliū: par boum mactans: cōuiuiū populo fecit. Et inde relictis patre ac matre & terrenis oībus: helyā sequēs & ei ministrans: monasticam & prophetalē uitam imitatus est.

¶ Ambrosius libro primo de officiis capitulo lxiiii.

¶ Cæterū dn̄s nō uult simul effundi opes sed dispēsari: nisi forte ut helyseus q boues suos occidit & pauit pauperes ex eo quod habuit: ut nulla cura teneretur domestica: sed relictis omnibus in disciplinam se propheticam daret.

¶ Ioannes quadragesimusquartus episcopus hierosolymitanus ubi supra.

¶ Hoc sancto helyseo nascente: magnū cōtigit ꝓdigiū: una qppe ymago ex uitulis aureis quos filii israel adorabāt: in ortu helysey acute mugiuit. Quod cū sacerdos dn̄i in hierusalē audisset: diuino nutu ait. ꝓpheta natus est in israel q sculptilia deoꝝ destruet & fusilia. Sanctus quippe helyseus postq̄ discipulus helyæ fuit factus: spiritū ꝓphetiæ a deo accepit: p quē spiritū indicabat regi israel oēs insidias quas cōtra eū rex siriæ parabat. Qui uice quadā exercitū regis syriæ pcussit cecitate: & adduxit ad regē israel in ciuitate samariæ. Hanc quoq; ciuitatē obcessam a rege syriæ & oppressam fame: releuauit helyseus a fame & obsidiōe. Deniq; p signa & ꝓdigia quæ icessantur operabat̄: reuocabat populū israel ad ueri dei cultū: destruēs miraculis & p̄dicatiōe cultum falsoꝝ deoꝝ. Quod pspicue tūc mōstrauit cū unū ex religiosis filiis ꝓphetaꝝ. s. ionā in ramoth galaad misit ut ungeret hyen in regē israel. Qui mox ut fuit in regē unctus iussu helysei omnes ꝓphetas baal occidi fecit: & statuā de fanobaal proferens cōbussit: edemq; destruēs: de israel baal deleuit. Mortuus autē helyseus sepultus fuit iuxta sepulcrū abdie prophetiæ in ciuitate samariæ. In cuius sepulcro cū qdā posuissent cadauer unius hominis mortui: reuixit ille homo mox ut tetigit ossa helysei.

¶ Capitulū sextum q̄ micheas propheta adhesit helyæ in disciplina prophetica uitæ monasticæ & tandem accepit a deo spiritum prophetiæ.

M Icheas quoq; propheta ex patre uocato hyempsa fuit helyæ discipulus. Sed iste non est ille micheas morastites: qui tēporibus ioathan achaz & ezechiæ regū iuda ꝓphetauit: & in. xii. numero prophetaꝝ ponit̄. Quoniā iste micheas helyæ discipulus lōge antea prophetauit. s. in diebus achab ochozyæ & iorā regum israel: qui adhesit helyæ cum helyas de speluca mōtis oreb fuisset iussu dei reuersus ad terrā israel. Et eruditus micheas iste per helyā in disciplina ꝓphetica mōasticæ uitæ cū esset ipse ex filiis prophetaꝝ: tandem accepit a deo spiritū prophetiæ. In quo spiritu prædixit regi achab duplicē belli uictoriā: quā achab optinuit de benadab rege syriæ: sed quia achab in secūda uictoria regem syriæ benadab morte dignū quē ceperat pmisit abire illesum: ideo micheas regi achab in spiritu dn̄i dixit. Hæc dicit dn̄s. Quia dimisisti uirū dignū morte de manu tua: erit aīa tua pro aīa eius: quod ei euenit. Nam dū ascendisset achab cū iosaphach rege syriæ unus de pte benadab tetendit archū in incertū sagittā dirigens: & casu pcussit regē achab inter pulmonē & stomachū: ex quo uulnere eadem die achab uespere obiit iuxta uerbū quod locutus ei fuerat micheas dicēs Audi sermonē dn̄i. Vidi dn̄m sup soliū suū sedētē & oēm exercitū coeli assistētē ei a dextris & a sinistris. Et ait dn̄s. Quis decipiet achab regem israel ut ascēdat & cadat in ramoth galaad: Et dicit unus a sinistris uerba

huiuscemodi: & alius aliter. Egressus ē autē spiritus & stetit corā dño & ait. Ego decipiā illum. Cui locutus ē dñs. In quo? Et ille ait. Egrediar & ero spiritus mēdax in ore oium pphetarum eius. Et dicit dñs. Decipies & praualebis. Postea cū regnaret iorā filius huius achab: redarguebat eum micheas de cultura ydolorum: quē rex iorā pcipicio interfecit. Et ita martirio coronatus: sepultus est ī morasti solus iuxta sepulturā senachim.

¶ Capitulū septimū unde abdias ppheta fuit ortus: & ī q ratiōe fuit factus helyæ discipulus.

ALter uero ppheta discipulus helyæ fuit beatus abdias: de terra fichē ortus ī agro bechataran: q ut in libro regnorum legit timuit ab infancia sua ualde dñm. Et prius qdē abdias dispēsator regis achab existēs: cū regina iezabel interficeret pphetas dñi: tulit ipse sicut pdiximus cētū ex illis pphetis helyæ discipulis. Quos durāte illa psecutione qnquagēos in spelūcis abscōdēs: pane & aq pauit. Deīde mortuo achab rege cū filius eius ochozias rex principes duos qnquagenarios ad helyā misisset: q orante helya: fuerunt cū suis ab igne de coelo descēdente cōbusti: rursus misit rex abdiā cū qnquaginta uiris. Qui ī mōte carmeli corā helya genua flectēs p aīa sua & p aīabus suorum qnquagita helyā humiliter exorauit. Porro helyas cernēs abdie hūilitatē: & recolēs q cētū suis discipulis uitā restaurauerat: uicissitudinē ei repēdit: qm sibi & suis qnquaginta uitā clæmēter seruauit. Hāc igit grām ab helya optentā abdias recognoscēs: relicto obseqo regis ochosiæ: factus fuit discipulus helyæ: dimissis filiis pphetis ī domo cū sua uxore. Igit quia cētum pphetas helyæ discipulos pauerat: accepit & ipse a deo spiritū pphetiæ. In quo spiritu puidit ydumeos adiuturos exercitū assyriorum cōtra hæbreos: propter quod pphetauit dictos ydumeos tandē p exercitū nabucodonosor dissipandos.

¶ Comestor in historia scolastica sup. xv. capitulo quarti libri regum.

¶ Fuit autem abdias de terra fichem de agro betaniorum: quinquagenarius ille cui pepercit helyas: qui relicto obsequio regis factus est helyæ discipulus. Cuius sepulcrum usq hodie cum mausoleo helysei & Ioannis baptistæ in sebaste uenerationi habetur.

¶ Capitulū octauū q helyas tā factis q uerbis exēplar mōasticæ uiuēdi se discipulis suis pbuit: & quicquid perfectionis est in monachorum uita: ab helya tamq a primo exemplari originem traxit. Ioannes quadragesimus quartus episcopus hierosolymitanus ubi supra.

QVoniā autē qui aliis seipsum pbet exemplar uiuēdi monasticæ: necesse habet ut uitā suā ita recte intra se cōponat ne cæteros p malū exēplum offendat: dicēte dño. Ve homini illi p quē scandalū uenit. Propterea uir dei helyas sic uitā suam in se disposuit: q ab omni offendiculo se tersit. Sed quia nō sufficit magistro monasticæ uitæ pphetice ut studeat sine offendiculo cōscientiā habere ad deū & ad homines nisi suo exemplo ad bonum puocet cōsortes: dicēte apostolo. In omnibus teipsum pbe exēplū bonorum operū. Ideo helyas ut suo exemplo animos omnium prædictorum mōachorum eius discipulorū prouocaret ad suæ religionis exercitium: studuit secundum formam per deum sibi traditam pollere coram eis frugalitate paupertatis: uti abstinentia parsimoniæ: domare concupiscentias carnis nitere candore castitatis: abnegar libertatē uolūtatis uitare tumultū plebis: & ardere feruore caritatis. Et quia ī eius imitatiōe decreuit deus cōsistere huius religiōis pphetica pfectionē: ppterea helyas ipse magna pphetice disciplinæ & mōasticæ uitæ exēplaria. s. gesta sui & merita demōstrauit cordibus pfessorum huius religiōis: p quē ipsi ornarent penetralia mentis: ut u3 ad tōnē eius sæculo ac terrenis oibus ex totis pcordiis renūciātes: & carnales cōcupiscentias p cōnnētiā & abstinētiā crucifigentes: uolūtatēq ppriā abnegantes: & eam supiori hūiliter cōmittentes: a cōspectu etiā hoium absconsi: pphetalē uitā heremiticā q helyas ipse in solitudinibus & maxīe in mōte carmeli: mōachi pdicti ī eodē mōte carmeli & in aliis heremis ac locis ad hunc finē continuarent: quatinus eam accolentes: liberius etiam mētes suas cum deo p amorē perfecte unirent. Qui dū per legem disciplinæ pphetice & uitæ monasticæ ab helya eu traditam pergunt: & ardēti amore dogmata helyæ tam aure cordis q execucione operis audiunt: proculdubio de animarum suarum salute securi sunt. Quemadmodū testat sapiens sanctum helyam ita alloquens. Beati sunt qui te audierunt & in amicitia tua decorati sunt. Quicquid igitur & perfectionis est in hac uestra religione heremitica ab hoc propheta dei helya tamq a primordiali & principali monachorum auctore

exemplariter emanauit. Et primo quidem in præmemoratos uiros filios prophetarũ eius discipulos: deinde ab illis in cæteros nostræ religiõis ꝓfessores ei tã in mõastica eoꝝ cõuersatiõe q̃ in locoꝝ habitatiõe succedẽtes: & demũ ab his in reliquos alibi de gẽtes. Sed & oĩum monachoꝝ conuersatio sancta ab helya & a dictis eius discipulis filiis ꝓphetaꝝ est diriuata: Quãuis etiã in diuersis mũdi partibus post helyã surrexerint in lege noua diuersi mõachoꝝ principes secundũ diuersa statuta siue istituta specialia suos discipulos in obseruãtia uitæ mõasticæ regulantes: ad nullũ tñ aliũ finẽ neq; ꝑ alios gradus itenderũt suos discipulos principaliter ꝑducere: q̃ ad illum finẽ & ꝑ illos gradus ꝑ quos helyas ad finẽ & ꝑfectionẽ uitæ monasticæ secũdum formã ꝑ deũ ei traditã suos discipulos ꝑduxit. Propter quod ꝓdicti mõachoꝝ principes in sana doctrina uitæ monasticæ fuerunt uelut quidam particulares riuuli ab helya tamq̃ a primordiali & uniuersali omnium riuulorum fonte diriuati.

¶ Isidorus libro secundo de origine officiorum capitulo. xv.

¶ Vnde autẽ ad mõachos studiũ ꝑfluxerit pauptatis? Sed quis huius cõuersatiõis extitit auctor: Cuius isti habitũ imitant? Quãtũ enim attinet ad auctoritatẽ ueteꝝ scripturarũ huius ꝓpositi principes helyas & discipulus eius helyseus fuerũt filii etiã ꝓphetaꝝ qui habitabãt in solitudine urbibusq; relictis: faciebãt sibi casulas ꝓpe flumina iordanis. Huius etiã ꝓpositi in enunciatione ioannes baptista auctor exstitit: qui heremũ solũ incoluit: locustis tñ & agresti melle nutritus. Iã demũ ꝓgẽitos cõuersatiõis huius nobilissimos pricipes Paulũ Antoniũ Hillarionẽ Machariũ cæterosq; pr̃s: quoꝝ exẽplis ꝑ uniuersũ mũdũ adoleuit sancta istitutio monachorum.

¶ Explicit liber secundus de institutione & peculiaribus gestis religiosotum carmelitarum. Incipit præfacio in tertium librum. Actor.

Liber iste tertius agit totus de locis quoꝝ fuerũt icole primeui ꝓfessores huius cõuersationis specialiter autẽ de mõte carmeli ubi hæc religio ab initio plãtata fuit & semp uiguit: & etiã de genere mõachoꝝ sub quo ipsa cõsistat. Habet autẽ hic liber capitula octo. ¶ Capitulũ primũ ꝙ in exordio huius religiõis primi eius ꝓfessores ꝓpter graues quas paciebant ꝑsecutiões: nullius loci fuerũt incole a quo possent denoiari congrue. ¶ Capitulũ secũdũ ꝙ dicti huius religiõis ꝓfessores fuerũt cõsequẽter ꝑ deũ de suis ꝑsecunõibus uidicati: & securitati manẽdi i regno israel restituti. ¶ Capitulũ tertiũ q̃ rõne helyas & tunc ad sui & suoꝝ discipuloꝝ iugiter mãsionẽ elegerit ꝓ aliis heremis carmeli montẽ: & de situ ac descriptione carmeli in quo ipse mansit: & ꝙ alius est ille carmelus ubi nabal habitabat. ¶ Capitulũ quartũ ꝙ helyas magnis miraculis montẽ carmeli decorauit: & populũ israel ad deũ in eo conuertit: & incredulos ibi cremauit. ¶ Capitulũ quintũ ꝙ multi huius religiõis patres tã ueteris q̃ noue legis fuut iugiter cõuersati mõasticæ in mõte carmeli ad imitationẽ helyæ: in qua ratiõe huius religiõis oẽs ꝓfessores appellant carmelite: q̃uis non oẽs nõ manserint in mõte carmeli. ¶ Capitulum sextũ de diuersis mãsiõibus quas dicti carmelite habuerãt in solitudĩe: & quid mistice significet mansio cellæ. ¶ Capitulũ septimũ qua ratiõe helyas & helyseus licet ꝑcipue cõuersarent in solitudinibus: habuerũt cuneos filios ꝓphetaꝝ in ciuitatibus: quos post erudtionẽ in rudimentis uitæ monasticæ transferebant ad solitudines longe ab urbibus. ¶ Capitulum octauum cur professores huius religionis uocati sunt anachorite: & de triplici monachorum genere: & sub quo genere compræhenduntur carmelite.

¶ Incipit liber tertius de institutiõe & peculiaribus gestis monachoꝝ carmelitarum.

¶ Capitulum primum ꝙ in exordio huius religionis primi eius ꝓfessores ꝓpter graues quas paciebantur persecutiões nullius loci fuerunt incole a quo possent denominari congrue. Ioannes: xliiii; episcopus hierosolymitanus in libro de institutione primorum monachorum in lege ueteri exortorum & in noua perseuerantium.

INterea sciscitaris dilecte caprasi qua ratiõe monachi in hac religiosa disciplina cõuersantes: appellantur carmelite. Cũ nãq; helyas cõuersationẽ hanc nou in carmelo sed in charit iussu diuino inchoauerit? Videtur nõnullis ut asseris ꝙ deberent potius charite appellari q̃ carmelite. Verũ si diligenter aduertas: ꝑpendes deum uoluisse ꝙ helyas conuersationẽ quã acceperat ab eo obseruandã ideo in solitudine charit iciperet: & ibi ad tem-

pus a facie regis achab & reginæ iezabel lateret: ut ad eum haberent facilem licet occultum accessum quidã uiri timorati: quoꝝ ipse in uita mõastica pater fieret. Tunc enim ut iam ꝑdiximus uiri qdam deũ timentes cõfugerũt illuc ad helyã ne ꝑ achab uel iezabel cõpellerent̃ sicut cæteri populares adorare baal. Hii pauco tẽpore in charit cũ helya mõastice cõuersantes: didicerũt ab eo illius loci significationẽ misticã cõuersatiõi monachali necessariã quã supra exposuimus. Deus autẽ nõ iussit ꝙ helyas inchoaret hãc cõuersationem monasticã in charit ut illic eã plantaret. hoc est in diuturnã mansionẽ ipsi uel eius discipuli in loco illo facerent: quoniã locus ille erat ineptus habitationi mõasticæ ꝓpter carentiã aquæ. Vnde post dies aliquãtos quibus helyas sedit in eo: iussu diuino ab eo discessit: quia torrẽs siccatus fuit. In diebus autẽ illis helyas ꝓpter regis achab & reginæ iezabel ydolatriã: & alia eoꝝ ac populi peccata ita cõtinebat uirtute diuina coelum: ꝙ nec rorẽ nec pluuiã dabat super terrã sed erat fames uehemẽs in samaria. De qua fame indignata ualde cõtra helyã regina iezabel: procurauit ut rex achab faceret ad mortẽ ꝑquiri eum ꝑ oẽs gentes & regna. Propter quod helyas in nulla heremo poterat tũc secure ꝓpheralẽ uitam monasticã assidue colere: sed uagus & ꝓfugus eã excolebat: modo in heremu torrentis charit: modo ĩ domo mulieris uiduæ sarcaptanæ: modo autẽ ĩ deserto bersabeæ: modo uero in spelunca montis oreb. Quẽ cũ nõ reperirent: effudit regina iezabel ultionẽ famis in eius discipulos: interficiens aliquãtos quos depræhẽdit ex ꝓphetis dñi. Quos alia ratiõe usq; ad mortẽ persequebatur: quia cũ ipsa esset ydolatria moliebat̃ cultũ baal ꝑ totũ regnũ israel extẽdere: & cultũ ueri dei de israel delere. Ad quẽ iugiter restaurãdũ: helyas nouiter instituerat ut ꝑdictũ est religionẽ horũ ꝓphetaꝝ: deo deuote psallẽtium. Qui in heremis latitantes in nulla solitudine regni israel audebant tunc iugẽ morã trahere ꝓpter metũ regis achab & ꝑdictæ iezabel uxoris suæ. Sed sicut ait apostolus. Circuierũt in melotis in pellibus caprinis: egentes, angustiati: afflicti: qbus dignus non erat mũdus. In solitudinibus errãtes in mõtibus: & ĩ speluncis & in cauernis terre. Quãobrẽm cũ tunc in charit uel alibi iugiter nõ mãserint: nõ potuerũt a charit dici charite: neq; ab alio loco denoĩari cõgrue. quoniã pp ꝑsecutionẽ q̃ patiebant̃: nullius loci fuerũt tunc incole: qui teste apostolo Compellebant̃ hinc & inde uagari ac fugere.

¶ Capitulum secundum ꝙ dicti huius religionis fuerunt consequenter per deum de suis persecutionibus uindicati & securitati manendi in regno israel restituti.

DEniq; compatiens deus tribulationi eorum & finem debitum eis impõere uolens: apparuit helyæ manẽti in spelunca montis oreb: & dixit ei. Quid hic agis helya? Quasi redarguens ipsum eo ꝙ nõ mãebat in regno israel. Helyas autẽ de hoc se excusans: respondit domĩo. Zelo zelatus sum pro domino deo exercituum: quia dereliquerunt pactũ tuũ filii israel. Altaria tua destruxerũt & ꝓphetas tuos occiderũt gladio. Sicut ãt ait sapiẽs. Audiuit tunc helyas in oreb iudicia descentiõis. Quoniã dominus ostendit tũc sibi in uisiõe mirabili iudicia quibus se & suos cultores defendere decreuerat de omnibus illis qui de regno israel cultum ueri dei abiecerunt & suos prophetas occiderunt & ibi cultum baal introduxerant. Quorum quosdam per azahelam: alios per byen: nonnullos uero per helizeum occident & de regno israel extirparet. Ad helyæ quoq; consolationem reuelauit tunc sibi deus adhuc in regno israel plures eius discipulos ueri dei cultores remansisse: qui pactum dei non relinquerunt: quos secum ab inimicis eorum defendere: & deinceps cum eo in regno israel in tranquillitate pacis seruaret. Vnde dicit ei. Egredere & sta in monte coram domino. Qui egressus stetit in hostio speluncæ. Et ecce spiritus grandis & fortis subuertens montes & conterens petras transiit ante dominũ: non in spiritu dominus. Et post spiritum commotio non in commotione dominus. Et post commotionem ignis: non in igne dominus. Et post ignem sibilus auræ tenuis: ibi dominus. Spiritus quippe grandis & fortis transiens prætendit azahelam quem deus in prædicta uisione ostendit helyæ transiturum per regnum israel subuertendo montes idest maiores: & conuertendo petras idest fortes populos israel: hinc azahel interpretatur fortitudo dei: quia per eũ uoluit deus subuertere maiores & conterere fortiores populi israel qui ab eius cultu recesserãt. Quemadmodum helyzeus propheta azaheli prædixit. Ostendit mihi dominus te regem syriæ fore. Et scio quæ facturus sis filiis israel mala. Ciuitates eorum munitas igne succendes: & iuuenes eorum interficies gladio: & paruulos eorum elides: & prægnantes diuides. Hæc autem omnia testatur liber regnorum manifeste per azaelam postea in populo israel completa fuisse: &

quidem iuste.Nam sequitur:non in spiritu dominus:quia in populo qui spiritu azahelis fuit punitus non erat dominus quem per ydolatriam abiecerant.Commotio uero transiens præmonstrauit hien quem deus in prædicta uisione ostendit helyæ transiturum per regnum israel commouendo inde domum achab. Hinc hien interpretatur commotio: quia per eum commouit deus de regno israel demum achab quæ cultum baal in regno israel introduxerat:& cultum ueri dei abiecerat:& prophetas dei occiderat.Quẽadmodum ionas propheta ipsi hien prædixit dicẽs. Hæc dicit dominus deus israel. Vnxi te in regem super populum dei israel:& percuties domum achab domini tui & ulciscar sanguinem seruorum meorum prophetarum & sanguinem omnium seruorum domini de manu.Iezabel quoq; comedẽt canes in agro iezabel nec erit qui sepeliat eam.Hæc autem omnia testatur liber regnorum perspicue per hien in domo achab postea completa fuisse:& quidem iuste.Nam sequitur.Non in commotione dominus:quia in domo illa per hien ut præmittitur commota:non erat dominus:a quo per ydolatriam totaliter recesserat.Ignis autem transiens designauit helyseum quem deus in prædicta uisione ostendit helyæ transiturum per regnum israel instar ignis:consumẽdo pueros ydolatrarum. Hinc helyseus interpretatur dei mei salutare:quia consumptis per eum filiis ydolatrarum quibus in nomine domini maledixit:aduenit dei salus suis cultoribus. Nec mirũ si hoc pueris illis accidit: nam sequitur.Non in igne dñs:quia in pueris instar ignis consumptis non erat dominus:qui a parentibus nutriebantur ad culturam ydolorum.Sibilus uero auræ tenuis transiens significauit helyam cui dominus in prædicta uisione ostendit q; esset per regnum israel transiturus instar sibili auræ tenuis:uocatus scilicet duos discipulos & cæteros dei seruos ad refrigerium pacis persecutionibus eorum sedatis.Hinc helyas interpretatur deus dominus:quia deus pro eis ostendit se dominum inimicis eorum quibus ut præmittitur consumptis:hos in regno israel pacifice seruauit eo q; ibi scilicet in his per quos transit sibilus auræ tenuis:erat dominus:a cuius cultu per ydolatriam ipso teste non recesserant:Dereliqui inquit mihi dominus in israel septemmillia uirorum quorum genua non sunt incuruata ante baal:& omne os quod non adorauerit eum osculãs manum.His itaq; omnibus helyæ in uisione ostensis exponens eam sibi deus dicit. Vade & reuertere in uiam tuam & unges azahel regem super syriam idest ungendum seu promouendum a me prænunciabis azahel in regem syriæ.Et hien unges idest ungendum seu promouendum a me prænunciabis hien in regem israel.Helyseum autem unges idest ungendũ siue promouendum a me prænunciabis prophetam pro te:ut scilicet post tui raptum prophetet & prænunciet azahel & hien a me promouendos in reges.Hos quippe tres uiros azahel hien & helyzeum ad prædictas dignitates promouit deus ut exequerentur iudicia que in prædicta uisione ostenderat ipse helyæ.Et propterea dicit deus rursum helyæ.Et erit.Quicunq; fugerit gladium azahel: occidet eum hien:& quicunq; fugerit gladinm hien:interficiet eum helyseus.

¶Capitulum tercium:qua ratione helyas ex tunc ad sui & suorum discipulorum iugem mansionem elegerit præ aliis heremis carmeli montem:& de situ ac descriptiõe carmeli in quo ipse mansit:& q; alius est ille carmelus ubi nabal habitauit.

REuersus itaq; helyas iussu dei de spelunca montis oreb in terram israel:confestim instar auræ tenuis sibilauit idest conuocauit suos discipulos & cæteros dei seruos ad deum deinceps in regno israel secure colendum : nuncians sicut a deo acceperat:q; eos in pace dimitteret dominus sedatis eorum persecutionibus. Dereliqui inq̃ mihi dominus i israel septẽ milia uirorum:quorum genua non sunt incuruata ante baal & omne os quod non adorauerit eum osculans manum.Quia igitur ex tunc & non antea fuit helyæ & suis discipulis liberum in regno israel secure conuersari:studuit ipse deinceps religionem quam inchoauerat in loco idoneo plantare:quoniam ad sui & suorum discipulorum iugem mansionem elegit præ aliis heremis carmeli montem tamq̃ comodiorem ad propheticam disciplinam & uitã monasticam in eo edocendam & exercendam.

¶Gregorius nazauzenus in libro suo apologetico.

¶Quem uobis de loco silencii & quietis deferimus nos probare nam q; aptum sit silentium & habemus ad philosophandum docet helyas libenter carmeli montis rupe contentus.

¶Ioannes quadragesimusquartus episcopus hierosolymitanus ubi supra.

¶Mons quippe præbet heremitæ homini ex sua solitudine silentium & quietem : ex suis an-

tris congruam mansionem: ex suo saltu iucunditatem: ex suo imminenti situ aerem salubrem: ex suis herbis & fructibus pastum uberem: & ex suo fonte aquæ uiuæ haustum dulcem. Propter quæ oīa helyas in monte isto nedū habitare elegit: uerumetiam domū orationi consecratam appellatā seunion in eo edificauit. Quæ ideo seunion dicta fuit: quoniam helyas & discipuli eius de eorum tabernaculis & speluncis egredientes: ad domum illam honeste tribus uicibus conueniebant: non quidem ad refectionem corporalem uel ad reliqua corporis misteria peragēda: sed ad creatorem omnium letaniis & orationibus suppliciter placandum. Et ut unusquisq; eorum cum propheta diceret uespere & mane & meridie narrabo & annūciabo & exaudiet uocem meam. Conueniebant namq; ibi in unum ad psalmos cantica & ympnos corde & ore: ac cum instrumentis musicis in laudem dei canēdos ad uolumina quoq; legis & prophetarum a patre eorum audienda pariterq; legenda. In quorum disciplinis atq; exercitii institutis: ad perfectam beatamq; uitam studiis iugibus in heremo carmeli coalescebant secundum formam uitæ mōasticæ per deum creditam helyæ. Actor. Est autem mons carmeli in terra sancta in eius occidentali plaga situs ioxta magnum mare in confinio prouinciarum fœnicis & palestinæ.

¶ Glosa super sextodecimo capitulo ysaiæ prophetæ.

¶ Carmelus mons est inter fœnicem & palestinam eminens ptholomaydi in quo helyas orauit. Actor. Hic mōs sicut latine uocatus est carmelus: ita hæbraice ē chermel dictus: qui cessit in possessionem tribui asser dum terra promissionis filiis israel sorte diuidebatur sicut in decimonono capitulo libri Iosue legitur. Distat autem iste mōs a ciuitate uero nazareth tribus miliaribus a ciuitate autem ptholomayda quattuor miliaribus: a ciuitate cesarea sex leucis: sed a ciuitate sancta hierusalem triginta duabus. Hic mons fertilis est in pascuis herbis & fructibus oliuis consitus: arbustis nineisq; condensus. Habet etiam plurimum saltus & heremi ac solitudinis. Iuxta hunc montem ad partem eius aquilonarem est ciuitas quædam quæ olim porphiria appellabatur: nunc autem cayphas uocatur. In parte huius montis quæ supereminet ciuitati cayphas siue porphirie est unus fons qui helyæ fons nuncupatur: quia de illius fontis aqua helyas propheta bibebat: quando in speluncis ac cauernis ac tabernaculis huius montis prope præfatum fontem cum discipulis suis religiosam uitam propheticam & solitariam ducebat in orationibus a silentio & ieiuniis atq; aliis diuersis carius mortificationibus ibidem in cultu diuino persistens.

¶ Iacobus de uictriaco libro primo historiarum orientis & occidentis capitulo. Iii.

¶ Est autem alius carmelus trans iordanem iuxta desertum solitudinis: in quo latuit dauid fugiens a facie saul. ubi erat habitatio nabal uiri stulti. Hic autem carmelus in quo conuersatus est helyas: situs est in maritimis: distans ab accon quattuor miliaribus.

¶ Glo a super Nono capitulo prophetæ Amos.

¶ Duo sunt carmeli: unus īter fœnicem & terram promissionis: ubi orauit helyas. Alter in tribu iuda ad austrum: ubi fuit nabal carmelites.

¶ Capitulum quartum q̄ helyas magnis miraculis montem carmeli decreauit: & populum israel ad deum in eo conuertit: & incredulos ibi cremauit. Ioannes quadragesimusquartus episcopus hierosolymitanus ubi supra.

AD continuam autem residentiam in carmelo semper faciendam: helyas montem hūc deuotiorem suis discipulis reddidit. Non solum exemplo sui qui ex tunc q̄diu inhoc mundo mansit scilicet per sexdecim annos montem istum incoluit: sed quia præ cæteris heremis in quibus habitauit: montem hunc quibusdam magnis miraculis specialiter insigniuit: per quæ deum israel esse uerum deum māifeste ydolatris mōstrauit. Cum enim ante helyæ ortum fuisset de eo ī hierusalem patri suo dictum Puer hic iudicabit israel in gladio & igne: non est dubium uaticinium illud fuisse per helyam in monte carmeli adimpletum. Testante namq; sacri libri histo. cum populus israel simul cum achab rege eorum fuisset per ꝓphetas baal seductus: & deo uero derelicto ad colendum baal deditus: tūc helyas zelum dei in præcordiis gerens: & de populi transgressione dolens: congregato uniuerso populo cum rege in hoc monte carmeli mirum iudicium eis proposuit: uidelicet q̄ baal a populo deus reputaretur si suos prophetas in hoc monte sacrificaturos ita exaudiret: ut ad uorandum eius sacrificium de coelo ignem mitteret. Alioquin q̄ baal a populo prorsus respueretur: & deus israel uerus deus

a populo firmissime crederetur se baal non ualeret per ignem suos prophetas exaudire: & deus
israel ignem de coelo mitteret ad uorandum sacrificium quod helyas in hoc mōte sibi offerret.
Cunq; propositio helyæ populo placuisset: sed baal super sacrificio per suos prophetas sibi abla-
to ignem de coelo mittere non posset: tunc helyas in hoc monte carmeli altare domino edifica
uit: ubi sacrificium deo offerens: cunctis uidentibus ignem de cælo descendentem ad uorandū
suum holocaustum: a deo israel impetrauit: Sicq; populum israel per prophetas baal prius in er-
rore detentum: ad uoius ueri dei cultum in monte carmeli helyas tūc reduxit. Prophetas uero
qui populum seduxerant. ne iterum ipsum deciperent: omnes in torrēte syson: gladio interfecit:
Amplius uero cum rex achab & populus israel per ꝓphetas baal deceptis tribus ānis & sex meu
sibus incessanter inuocassent baal pro pluuia: tamen baal in diebus illis pluoiam eis dare nō po
tuit: nec soluere uerbum helyæ quod eis prædixerat. Non erit annis his ros neq; pluuia nisi iu
xta oris mei uerba: ideo ostensa tanto tempore ipsius baal impotentia: taodem claruit eis dei
israel magna potentia. Q̄m̄ helyas tunc fusa in boc monre carmeli ad deum israel oratione:
mox ab ipso abundantem pluuiam illi populo obtinuit. Præterea cum helyas ochosiæ regi isra-
el ægroranti suos legatos remisisset nuncians ei ꝙ ideo merito moreretur: quia spreto deo israel
moliebatur super sua infirmitate consulere beelzebub deum accharon: rex de hac destinatione
nimium commotus in helyæ necem spirās ad eum in monte carmeli principem quēdam quin
quagenarium misit cum quinquaginta uiris: ut si sponte uenire ad regem renueret: eum inuitū
ducerent. Princeps ergo ille criminis enim regis particeps cum suis quinquagiota in helyam ba
chans cum sedentem in uertice carmeli hominem dei derisorie appellauit. Cui & superbe præ-
cepit ut de monte descendens ad regem ueniret. Helyas autem intelligens in sua persona deum
uerum per illos satellites inhooorari: ignem de coelo super montem carmeli descendere fecit:
qui principem illum cum suis quinquaginta combussit.

¶ Origenes in omelia super Matheum octauo. Cum aūt introisset iesus caphatnaum.

¶ Illi quondam ad helyam in carmelo ascendentes quinquagenatii uox in īfidelitate sua com
busti sunt.

¶ Ioannes quadragiotaquatuor episcopus hierosolymitanus ubi supra

¶ Hiis itaq; euidentissimis ignis & gladu iudicus monstrauit helyas hominibus incrudelis ꝙ
ille esset uerus deus quem ipse in monte carmeli colebat & non baal quem perfidus rex achab
cum filiis istael adorabat: neq; beelzebub ad quem deo uero spreto sacrilegus rex ochozias
mittebat

¶ Augustinus libro primo de sermone dn̄i in moote capitulo decimoseptimo.

¶ Magni autem & sancti uiri qui iam optime scirent mortem istam quæ dissoluit animam a
corpore formidandam non esse: secundum eoꝝ tamen animum qui illam timerent non nulla
peccata morte punierunt. Quo & uiuentibus utilis metus incuteretur: & illis qui morte punie-
bantur oon ipsa mors noceret: sed peccatum quod augeri posset si uiuerent minueret. Non te-
mere illi iudicabāt quibus tale iudicium donauerat deus. Inde est ꝙ helyas morte multos affi-
cit: & propria manu & igne diuinitus impetrato.

¶ Capirulum quintum ꝙ multi huius religionis patres tam ueteris q̄ noue legis sunt iugiter
conuersati monastice in monre carmeli ad imitatiooem helyæ. Et qua rōne omnes huius reli-
gionis professores appellentur carmelitæ: q̄uis non omnes manserint ī carmeli monte. Ioannes
quadragesimusquartus episcopus hierosolymitanus ubi supra.

QVoniam igitur helyas præ cæteris heremis in quibus habitauit montem carmeli
tanq̄ comodiorem ad plantandum in eo propheticam religionem uitæ monasticæ
& docendam melius & exercendam ut dictum est elegit. quem etiam montem præ
faris miraculis clarissime decorauit: quibus deum israel esse uerum deum palam po
pulo ostendit: & baal tāq̄ falsum deum reprobauit: ideo helyseus & cæteri helyæ discipuli reli-
giosi uiri prophetarum: nec non eorum tam ueteris q̄ noue legis successores montem carmeli ī
ueneratione speciali semper habentes: ipsum aliis heremis eoꝝ religioni comodius ꝓtulerunt.
Et ꝓpterea ī heremo dicti mōtis ꝑcipue ad exēplū & imitationē illius sc̄ti uiri & solitarii helyæ
ꝓphetæ ꝑdicti religiosi secūdum formā p deū helyæ creditā in iusticia ꝓp̄hicæ uitæ mōasticæ
dn̄o deo israel deuote seruierūt. Vbi religiosā uitā solitariā singillati ī modicis tabnaculis & spe

spelūcis & cauernis atq; cellis continue & incessanter duxerunt iuxta fontem helyæ:ob cuius sanctitate & loci deuotionem ad maiorem seruandæ uitæ heremiticæ oportunitatem:ibiq; passiōibus animæ uiriliter resistētes pemerunt nequiciā:& bonoꝝ actuū exercitatione secuti sunt cordis mundiciam.

¶Balbinus in epistola ad antonium imperatorem.

¶Mons est noīe carmelus in quo uetus religio & sanctitas antiqua est. Helyas illic sacrificia ꝑ deo offerebat. Apparent etiam & nunc uestigia de ara sacrificioꝝ.

¶Iacobus de uitriaco libro primo historiarum oriētis & occidētis capitulo qnq̄gesimoscđo.

¶Quidam ex religiosis uiris ad exemplum & imitatiōem sancti uiri & solitarii helyæ ꝓphetæ in monte carmeli & maxime in parte illa quæ supereminet ciuitati porphiriæ quæ hodiæ cayphas appellatur iuxta fontem qui fons helyæ dicitur : non longe a monasterio beatæ uirginis Margaritæ uitam solitariam ducebant in aluearibus modicaꝝ cellularum tanq̄ apes domini dulcedinem spiritualem mellificantes.

¶Ioannes quadragesimusquartus episcopus hierosolymitanus ubi supra.

¶Qui administeria se diuina disponentes omnibus contentionibus & certaminibus priuati cū silentio & unanimitate & comunione animoꝝ quotidiæ ad seumoti horis statutis conuenerūt: celebrantes in pace cum timore & reuerentia creatoris quæ ad cultū pertinent diuinitatis & ad iustitiā regni coelestis. Quēadmodum prædictæ de eis & de eoꝝ loco dicto isayas ꝓpheta in persona domini uaticinatus fuit dicens. Habitabit in solitudine iudicium & iusticia in carmelo sedebit:& erit opos iusticiæ pax:& cultus iusticiæ silenciū: & securitas usq; in sempiternum. Et sedebit populus meus in pulcritudine pacis & in tabernaculis fiduciæ : & in requie opulenta. Vbi uide q̄ pulcre describit propheta per ordinem bonam eoꝝ uitam a posteris monachis carmelitis imitabilem. Primo quidem ipsi singillatim habitantes soli in cellis montis carmeli citabant quotidiæ semetipsos ad iudiciū discernendi in propria mente:si cogitationes accusarent uel defenderet eos de aliquo iniquo idest deuiante a rectitudine iusticiæ.ideo prædixit propheta.Habitabit in solitudine.Secundo dū testimoniū nisi reddebat illis conscientia de quocunq; iniquo exercebant ipsi officium monachi.qm̄ sedebat inter eos iusticiam in carmelo qua illud iniquum tristes & soli puniebant per ueram penitentiam:& emendabant illico : ob hoc prædixit propheta. Et iusticia in carmelo sedebit. Tertio cum nil iniquum reperiebant in uitibus animeꝫ expiandum:tunc opus quo ipsi cæteras uires animæ conseruabant ī concordia perfecte cum recta ratione.erat interna pax iusticiæ : iccirco prædixit propheta : Et erit opus iusticiæ pax. Quarto quia teste sapiente.In multiloquio non deerit peccatum:qui autem custodit os suum custodit animam suam : ideo ipsi ut essent securi a peccato : colebant assidue iusticiam silentio. propterea prædixit propheta.Et cultus iusticiæ silentium & securitas usq; in sempiternum . De his autem omnibus commendans eorum uitam dominus prædixit. Et sedebit populus meus in pulcritudine pacis scilicet īternæ & in tabernaculis fiduciæ de obtinenda scilicet iucunditate supernæ gloriæ: & in requiæ mentis opulenta:uidelicet ex gustu & contemplatione deliciarum procedentium de torrente uoluptatis diuinæ.Quia ergo dicti monachi ad exemplum heliæ coluerunt iugiter ī carmelo iusticiam uitæ monasticæ: propterea appellati sunt carmelitæ: a monte scilicet carmeli: cuius fuerunt incole secundum modum prædictum ; residentes ibi in iusticia assidue sicut propheta prædixit.Iusticia in carmelo sedebit. Sed & cæteri huius religionis monachi habitantes alibi:cupiunt etiam iccirco carmelitæ appellari:quia eorum religio & sancta conuersatio est ab illis uiris diriuata & sumpta:qui prædicto modo satagerunt in monte carmeli continue religiosam uitam prophetæ heliæ & usq; nunc satagunt humiliter imitari. Omnes quippe huius religionis ueri sectatores tam in monte carmeli q̄ alibi habitātes:profitētur se humiliter sequi illam sanctam uitam & propheticam iusticiam uitæ monasticæ quā propheta dei helyas seruauit & instituit ac quam esse sequendam ipse secundum formam a deo sibi creditam uerbo pariter & exemplo discipulis suis tradidit:& in heremo montis carmeli residendo docuit,maxime ac demonstrauit.

¶Capitulum sextum de diuersis mansionibus quas dicti carmelitæ habuerunt in solitudine. Et quis mistice significet mansio cellæ. Actor.

MAnsiones in quibus prædicti monachi carmelitæ in solitudinibus terræ sanctæ sin-gillatim residétes fuerút: uariis sunt núcupatæ noibus. Q̃ eni dictæ sunt antra. speluncæ: cauerne: tabernacula: casulæ: & cellæ. Antrum est dictum quasi atrum idest obscurum eo ꝙ sit locus indensitate arboꝝ uel in profunditate terræ seu rupium absconsus & aliqualiter obscurus. Spelunca uero est concauitas saxoꝝ seu rupiú naturaliter & nullo hominú artificio facta. Cauerna aűt est locus concauus humano ingenio perfossus uel pforatus. Tabernaculú est habitaculú a tabulis dictú: eo ꝙ de tabulis cõstrui soleat: uel quia tabulis íter stantibus cantaria funibus distenta appendantur ad uitandum solis ardores: imbriumq; tépestates & frigoris rigores. Casa autem est aggreste abitaculum palis: & uirgulis atq; arundinibus contextum: quibus homo possit tueri a ui frigoris uel a caloris íiuria: & inde diminutiue dicit̃ casula idest parua casa. Quodlibet autem prædictorum habitaculorum comuni nomine dicitur cella: eo ꝙ celet & abscondat manentem in se. In quali habitaculo iussit deus helyam manere dicens ei: supra libro primo capitulo quinto. Abscondere in torrente charit. Nam qui uitá solitariá desiderat digne colere: debet in absconsa mansione habitare: excluso a se toto sæculo ut se totum includat cum deo.

¶ Bernardus in libro de uita solitaria ad fratres de monte Carmeli.

¶ Cella aűt nequaq̃ debet esse reclusio necessitatis: sed domiciliú pacis: hostium clausum: nõ latebre sed secretú. Cellæ siquidé & cœli habitatio cognate sunt: quia sicut cœlú & cella uidentur adinuicem habere aliq̃ cognationem nois: sic & pietatis. A celando ení cœlú & cella nomen habere uidentur: quia quod celatur in cœlis: hoc & in cellis: & qđ gerit̃ in cellis: hoc & in cœlis. Quid ná hoc est? Vacare deo: frui eo. In cella dñs & seruus eius sæpe collocunt̃: sicut uir ad amicú suú: in qua credo fidelis aía uerbo dei cõiungit̃: sponso suo sponsa sociat̃: terrenis cœlestia. húanis diuina iūgunt̃. Siqdem sicut téplú sctm̃ dei: sic cella est serui dei. Et in téplo ení & in cella diuina tractant̃: sed crebrius in cella. In téplo uisibiliter & figuratiue xpianæ pietatis sacraméta celebrant̃ & dispensant̃. In cellis uero sicut in cœlis ipsa ueritate: ipso ordine: & si nondú ipsa puritatis maiestates uel æternitatis securitate res ipsa oíum sacramétoꝝ fidei nrǽ assidue celebratur. Et cú í cellis iugiter cœlestia atractant̃: cœlú cellæ & sacraméti similitudine & pietatis affectu & similis opis effectu ꝑximú efficit̃. Nec iam spm̃ oranti uel ét a corpe exeunti longa uel difficilis a cella in cœlú uia iuenit̃? A cella ení í cœlis sæpe ascédit̃. Vix aűt nunq̃ a cella i infernú descendit̃ nisi sicut ait psalmista. Descendant in infernú uiuentes: ne. s. descendant morietes. Hoc ení mõ cellaꝝ incole sæpe descendűt in infernú. Sicut ení assidue contemplando reuisere amant gaudia cœlestia ut ardentius eá appetant: sic & dolores inferni ut horrescant & fugiant. Moriens aűt uix unq̃ aliquis in infernú a cella descendit: quia uix unq̃ nisi cœlo prædestinatus in ea usq; ad morté præsistit. Filiú ení gŕæ fructum uentris sui cella fouet & nutrit amplectit̃: & ad plenitud nis pfectioné pducit: & colloquio dei dignú efficit. Alienú uero uel spuriú abdicat a se cicius & pucit. Vnde domius ad Moysen ait. Solue calciaméta pedú tuoꝝ: locus enim í quo stas terra sancta est. Morticinú ení mortuaꝝ affectionú uel hoiem mortuú a corde: locus sanctus. i. cella diu non pant̃: sed a se pucit táq̃ abortiuú: a se euomit táq̃ inutilé & noxiú cibú: nec diu talem pati potest in uisceribus suis officina pietatis. Venit ení pes superbiæ & asportat eú: manus peccatoris & mouet eú. Et expulsus nõ põt stat̃ sed fugit miser nudus & tremebúdus sicut canis a facie dñi. ipulsus uiciis & demonibus ut qui prior inuenerit eú: morte afficiat eú: & occidas: Vel si aliquádiu durauerit in cella nõ uirtutis querendæ cá sed pinaci miseria: sic cella ẽ ei quasi carcer. Aut sicut uiuéti sepultura: nec solitarius sed solus dicẽ dus é: cui cella ñ cella sed carcer & reclusio est: Vere ení solus est: cú quo deus nõ est. Verǽ reclusus é: q in deo liber nõ é.

¶ Capitulum septimum qua rõne helyas & helizeus licet præcipue cõuersarentur in solitudinibus: habuerunt cuneos filioꝝ prophetarum in ciuitatibus: quos post eruditionem in rudimentis uitæ monasticæ transferebant ad solitudines longe ab urbibus. Ioannes quadragesimusq̃rtus episcopus hierosolymitanus ubi supra.

LIcet helyas & helyseus cum cæteris eiusdem propositi religiosis uiris manerét pcipue in heremis: iubente tñ deo pp utilitaté sui populi ciuitates uillas iterdú frequétabát miracula in populis operántes: & futura eís prædicentes: uiciaq; hoíum castigátes: & eos ad deú reuocantes: atq; ad suá propheticam religioné multos attrahentes. Vnde

& in suburbanis quarundã ciuitatum & uillarum terræ promissionis: maxime aũt in galgala & in bethel & in iericho & in samaria habuerũt cuneos religiosorum uirorum filiorum prophetarum: sicut legitur in libro regnorum: apud quos manebant dũ ad ciuitates & uillas ueniebãt. Et illos de populo quos ad suam propheticam religionẽ trahere poterant primo quidem in his conuentibus faciebant erudiri in disciplina ꝓphetica & in rudimentis religiosæ uitæ monasticæ ut eos paulati a conuersatione urbiũ distraherent: quos postmodũ ad heremos transferebant. His enĩ monachis filiis prophetarum habitantibus in urbibus postq̃ erant ĩ rudimentis disciplinæ propheticæ & uitæ monasticæ eruditi, uidebant urbes quasi carceres: & solitudo paradisus apparebat. Ea igitur suæ perfectionis curantes monasticã ac ꝓphetalẽ uitã longe ab urbibus ducere malebant in solitudinibus uel solitudine: q̃ appetentes ad eã secedebãt nutu prophetarum qui eos regebant: Hinc in libro regnorum legimus hos filios ꝓphetarum duxisse ad helyseum. Ecce locus in quo habitamus coram te augustus est nobis. Eamus usq; ad iordanem: & tollant singuli materias de silua & uirgulas ut edificemus ibi locum nobis ad inhabitandum. Erant aũt ipsi tam multiplicati q; iam non uolebant oẽs in solitudine montis carmeli comodo recipi pp quod ad nutũ ꝓphetarum p quos regebant eligebant sibi non solum mõtem carmeli: sed & alia præter montem hũc loca heremitica proposito suo & deuotiõi oportuna: & præcipue illa quæ p heliã & helyseũ fuerant porrecta & decorata. Q̲m̃ igit̃ helyas & helyseus in iordanis flumine magnis claruerunt miraculis: nam aquæ iordanis pallio helyæ percussæ: ĩ duas partes fuerãt bis diuisæ: prebentes iter siccum præfatis prophetis: & Naaman leprosus ĩ iordane lotus a lepra fuerat p helyseũ mũdatus & sanitati restitutus: iõ aliqui horum monachorum filiorum ꝓphetarum deuotione prædictorum miraculorum pmoti: & aquarum oportunitate tracti: faciebãt sibi tabernacula ĩ solitudine prope fluenta iordanis: prout eis dictabat propheta dei helyseus: quẽadmodũ in libro regnorum legimus helyseum dixisse eis. Ite. s. ad iordanem. Et ait unus ex illis. Veni ergo & tu cum seruis tuis. Respondit. Ego ueniã. Et abiit cũ eis. Cumq; uenissent ad iordanem: cedebant ligna pro tabernaculis sibi ibidem edificandis.

¶Hieronymus ĩ epistola ad rusticum monachum de uita monachi.

¶Filii prophetarum quos monachos in uetere legimus testamento edificabant sibi casulas iuxta fluenta iordanis: & turbis urbiũ derelictis polenta & herbis agrestibus ubi uictitabant.

¶Ioannes quadragesimusquartus episcopus hierosolymitanus ubi supra.

¶Quidam aũt dictorum monachorum filiorum prophetarum: in monte effraym suã mansionẽ elegerunt. Horum meminebat gyezi famulus helysei dũ dicebat naamani syro. Dñs meus misit me ad te dicens. Modo uenerunt ad me duo adolescentes de monte effraym ex filiis ꝓphetarum. Isti quidem segregantes se a turbis quas uidebãt colere uitulum aureũ: quẽ Ieroboam posuerat ad adorandum in bethel: secesserunt nutu helysei in solitudinem montis effraim ne possent exemplo populi idolatria infici: sed uacarẽt in solitudine liberius diuino cultui. Ab his itaq; memoratis uiris filiis ꝓphetarum inoleuit q; pleriq; nr̃i gñis monachi nõ solũ ĩ mõte carmeli: sed ĩ diuersis solitudinibus terræ promissiõis sunt ĩ disciplina ꝓphetica uitæ monasticæ ad imitationẽ eorum laudabiliter conuersati.

¶Capitulum octauum Cur professores huius religionis uocati sunt anachorite: & de triplici monachorum genere: & sub quo genere comprehenduntur carmelite.

PRedicti autẽ monachi a plerisq; fuerũt anachorite appellati: quia corda sua augentes ieiuniorum inediis & cæteris corpum ãgustiis: nõ timuerũt ut dictũ est ad imitationẽ helyæ incessanter & cõtinue penetrare uastos secessus solitudinis montis carmeli: & aliorum heremorum terræ promissionis: ubi cogitationibus sanctis & intentione orõnũ ac ceteris armis iustitiæ minuti: non solũ occultas diaboli insidias uincebant: sed & aptos conflictus demonum cascantes tanto conatu mentes suas ad exemplum helyæ principis eorum sursum in dei contẽplatione eleuabãt: ut in cœlestibus choris putarentur translati: & reuelata facie gloriam dei speculari perfruentes colloquio dei cui puris mentibus inherebant.

¶Gerardus episcopus laodicensis in libro de conuersanone uirorum dei in terra sancta morantium ad Guillielmum præsbyterum.

¶Aliud ẽ gẽus religiosorum q singullatĩ hĩtãt a sc̃li rebus aliẽi quos laudabile sp fuit. Hii sũt q ad exẽplũ heliæ silẽtiũ solitudinis p̃ferunt tumultubus ciuitatis. Amant enĩ secretã contẽplatiõem

deitatis. Vnde dauid a sęculi molestiis in solitudinem fugiens se elongabat. In terra inquit deserta inuia & inaquosa sic in sancto apparui tibi ut uiderem uirtutem tuam & gloriam tuam: Hanc quippe gloriam moyses in deserto: hanc tandem helyas in solitudine quesierunt uideré: Hinc & saluator in monte seorsum a turbis inter moysem & helyam gloriosus effulsit.

¶ Isydorus libro secundo de origine officioꝝ capitulodecimoquinto.

¶ Tria sunt optima monachoꝝ genera: primum genus est cenobitaꝝ.i.in cõi uiuentium adinstar sanctoꝝ illoꝝ qui tempibus apostoloꝝ in hyerosolimis uẽdita ac distributa sua oĩa indigẽtibus: hĩtabant in sancta comunione uitæ: non dicentes aliquos propriũ: sed erant illis omnia comunia: & aĩa una & cor unum in deum. Secundũ genus est heremitarũ qui procul ab hoĩbus recedentes deserta loca & uastas solitudines sequi atq; habitaꝛ phibenꝛ ad imitationem.s.heliæ & Ioannis baptistæ: qui heremi secessus penetrauerũt. Hii quippe incredibili contẽptu sola solitudine delectabanꝛ herbis tantum agrestibus uictitantes pane solo uel aqua contenti: quod eis per certa interualla temporum deferebaꝛ. Sic q; secretissimi penitus & ab oĩ hominũ conspectu remoti: dñio tantum colloquio perfruunꝛ. Cui puris mentibus inheserunt: & pp cuius amorẽ non solum mũdum: sed hoĩum consortia reliquerũt. Tertiũ genus est anachoritaꝝ qui iã cenobiali conuersatione perfecti: includunt semetipsos in cellulis procul ab hoĩum conspectu remoti: nulli ad se prebentes accessum: sed in sola contemplatione dei uiuentes.

¶ Cassianus in libro collationum patrum: capitulo sexto collatione decima octaua.

¶ De perfectoꝝ cenobitaꝝ uero ut ita dixerim fecundissima.i.adice sanctoꝝ et anachoritaꝝ post hæc flores fructusq; prolati sunt: Cuius professiõis principes sanctum.s.paulũ & sanctum antoniũ nouimus extitisse. Qui desiderio sublimioris perfectionis contẽplationisq; diuinæ solitudinis secreta sectati sunt. Ita ergo procedit ex illa qua diximus disciplina cenobitaꝝ. alius perfectionis genus cuius sectatores anachorite.i.secessores merito nuncupanꝛ: eo q; nequaq̃ contẽti hac uictoria qua inter hoĩes occultas insidias diaboli calcauerunt: sed aperto certamie ac manifesto conflictu demonibus congredi cupientes: uastos heremi successus penetrare nõ timeant scilicet ad imitationem ioannis baptistæ qui in heremo tota ætate permãsit: helyæ quoq; & helyzei atq; illorum de quibus apostolus cõmemorans ait. Circuierunt in melotis & in pellibus caprinis: egentes: angustiati. afflicti: quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes & in montibus & in speluncis & in cauernis terræ. Actor. Sicut ergo scdm ysidoꝝ Monachi heremitæ imitantur helyam: ita scdm Cassianum Anathoricæ imitantur & helizeum filiosq; prophetaꝝ. Vnde licet ysidorus distruxerit tria optima genera monachorum: tertium tñ genus.s. anachoritaꝝ uideꝛ coincidere cum scdo genere.s.heremitarũ: sicut ipse alibi scribit

¶ Isydorus septimo ethimologiaꝝ capitulo decimotertio

¶ Plura sunt genera monachoꝝ. Cenobite sunt quos nos in cõi uiuentes possumus appellare. Cenobili enim plurimoꝝ est. Anachorite sunt qui post cenobialem uitã deserta petũt & soli habitant per deserta us ab eo quod procul ab hoĩbus recesserũt tali noĩe nuncupanꝛ: Sed anachorite helyam & ioannem: cenobite apostolos imitanꝛ. Heremitæ hii sunt qui & anachorite ab hominũ conspectu remoti heremũ & desertas solitudines appetentes. nam heremum dicitur quasi remotũ. Actor. Videꝛ ergo prius distingui terttũ genus ex primo genere.s.cenobitaꝝ: & ex secundo.i.heremitaꝝ cõfectũ genus eoꝝ.s.monachoꝝ qui ita exemplo helyæ abdicatis possessionibus & facultatibus terrenis seruant uitam solitariã in cellis separatis qui nihilominus exemplo apostoloꝝ proprietate abdicata habent oĩa cõia: distribuenda tum per superiorem singulis prout cuiq; opus est: Sub quo genere comprehẽduntur hiis diebus carmelitæ. ut dicetur libro octauo. capitulo tertio: & aliis quatuor capitulis sequentibus: q̃uis dudum comprehendentur solum sub secundo monachoꝝ genere.s.heremitarum ut ex dictis patet.

¶ Explicit liber tertius de institutionibus & peculiaribus gestis religiosorum carmelitarum. Incipit præfactio in quartum.

Liber iste q̃rtus agit totus de ascensu helyæ i padisũ. Et quomõ helyzeus habuit post helyã regimẽ huius religiõis & mñum. Et q̃liter durãte lege ueteri mõachi huius religiõis habuerũt siue fuerũt p̃seruati a captiuitatibus iudæoꝝ. Hẽt aũt hic liber octo capitula. Capitulũ primũ q; helyas fuit unius ex hoc mũdo in paradisum uoluptatis translatus: & q; illic uiuet foeliciter usq; ad antechristi tempus. Capitulũ secundum q; helyas est

tempore antexpi iudæos ad fidē xpi conuersurus:& ab antexpo martitiū suscepturus: & post tres dies resurgens gloriose io cœlum ascensurus. Capitulum tertiū q dū helyas in paradisum uoluptatis ascendit:regimē huius religionis helyzeo cōmisi:q a filiis pphetaꝝ i prēm receptus fuit. Capitulū quartū q helyzeus suscepto huius religionis regimine: curos filioꝝ pphetaꝝ singillatī uisitauit:& qualiter corā eis multa miracula fecit. Capitulum qntum q Ionadas cū rechabitis ab eo descendentibus fuit helizeū in monastica uita heremitica imitatus. Capitulū sextum q helyzeus filios prophetaꝝ ad obseruantiam uitæ monasticæ induxit:et eis in necessariis uitæ ēt miraculose interdum ministrauit. Capitulum septimum q monachi montis carmeli fueruut pp eoꝝ iusticiā a captiuitatibus iudæoꝝ per deū pseruati: & pascuisdoctriæ monasticæ pasci. Capitulū octauū q licet monachi rechabite essent tpe trāsmigratioois iudæoꝝ i therusalē iclusi:ipsi tñ nō fuerūt i babilōe ducti:sed pp meritū obediētiæ fuerūt i terra sancta relicti.

Explicit præfacio. Hic īcipit liber quartus. Capitulum primū q helias fuit uiuus ex hoc mūdo in paradisum uoluptatis trāslatus:& q illic uiuet feliciter usq ad ātexpi tēpus. Ioannes quadragintaquatuor episcopus hierosolymitanos in libro de institutione primoꝝ monachorum in lege ueteri exortoꝝ:& in oooa perseuerantium.

LEgittime itaq helyas administrata religione per eum instituta agnouit per diuinā reuelationem q deus uolebat eū ab hoc mundo eleuare p turbinē ignis i paradisum uoluptatis. Pergens ergo ad locū unde assumendus erat i cœlum:profectus est cum helyzeo eius discipulo ad iordanē:quē helyas pallio suo inuoluto percussit. Et sicut sacra libri regnoꝝ tradit historia:diuisæ tunc fuerunt aquæ iordanis in duas partes:cedentes illis uiris dei:qui trāsierunt per alueum siccum fluminis. Cūq pariter incedētes sermocinarentur ecce currus igneus & equi ignei apperuerunt qui utrūq abiuicem dimiserunt. Q nō remanente helyseo in terra:helyas receptus in curru equoꝝ igneoꝝ ascendit per turbinem ignis in cœlū. s. in padisum uoluptatis:q loogo spacio & terræ tractu a nr̄a terra hītabili secretus a deo est editus ut p eū usq ad cœlū attingat. In qoo loco una cū enoch qui longe ante illic helyam præcesserat cōmorat. Viuet aūt ipse helyas i magna quiete carnis & spiritus usq ad tēpus antexpi sed tunc in hunc mundum reuertet:quemadmodum testatur domius dicens. Helyas quidem uenturus est & restituet omnia.

Gregorius in omelia festi ascensionis christi.

In ueteri testamento cognouimus q helyas sit raptus in cœlum. Sed aliud est cœlum aereum aliud æthereum. Cœlum quippe aereum ē terræ proximum. Vnde & aues cœli dicimus:quia eas uolitare in aere uidemus. In cœlum itaq aereum helyas subleuatus est:ut in secreta quadam terræ regione repente duceret: ubi in magna iam carnis & spiritus quiete uiueret quousq ad finem mundi redeat & mortis debitum soluat. Ille enim mortē distulit:non euasit. Notādum est quoq q helyas in curru legit ascendisse:ut uidelicet aperte monstraret:quia hō purus adiutorio egebat alieno. Per angelos quippe illa facta & ostensa sunt adiuuamēta:quia nec ad cœlū quidem aereum per se ascendere poterat. quem naturæ suæ ifirmitas generabat.

Augustinus in libro nono super genesim ad litteram:capitulo octauo

Non aūt est arbitrandum helyam uel sic esse sicut erunt sancti qn̄ peracto opis die denarium pariter accepturi sunt:uel sic esse quēadmodū sunt hoīes qui ex ista uita nondū emigrauerunt de qoa tum ille non morte sed translatione migrauit. Iam enim aliquis melius habet q̄ i hac uita posset:q̄uis nondū hēat q ex hac uita recte gesta in fine habiturus est.

Augustinus libro primo de baptismo paruulorum.

Talem autē puto habitudinem adhuc in corpore aīali atq mortalis ēt illis. s. helyæ & enoch qui sine morte hinc trāslati sunt fuisse concessam. Neq enī helyas & enoch tam per longā ætatem senectute emarcuerunt:Nec iam credo in illam spiritualem qualitatem corporis eos cōmutatos qualis erit in resurrectione quæ in dn̄o prima precessit nisi quia isti fortasse nec hiis cibis egent qui sui consumptione reficiunt. Sed ex quo traslati sunt ita uiuunt ut similem habeant sacietatem illis quadraginta diebus quibus helyas ex calicæ aquæ & ex collirida panis sine cibo uixit. Aut si hiis sostentaculis opos est ita in paradiso fortasse pascuntur:sicut adā priusq̄ propter peccatum æxire inde meruisset. Habebat enim quātum existimo delignorum fructibus refectionem contra defectionem:& de ligno uitæ stabilitatem contra uetustatem.

¶ Capitulum secundum q̄ Helyas est tempore ante xp̄i iudæos ad fidem xp̄i conuersurus:& ab antixp̄o martiriū suscepturus:& post tres dies resurgens gloriose in cœlum ascēsurus. Actor.

ANte aūt diem iudicii mittet de paradiso terrestri deus helyam ī hunc mundū:ad cō solationem suoꝝ electoꝝ præcipue uero ad cōuersionē iudæoꝝ tunc per antexp̄m decipiendoꝝ. Sic enim promisit deus p̄ ꝓphetam suam malachiam quarto capitulo suæ prophetiæ ī ꝑsona dn̄i dicētem. Ecce ego mittam uobis helyam prophetā anteq̄ ueniat dies domini magnus & horribilis & conuertet cor patrum ad filios & cor filiorum ad patres eorum.

¶ Augustinus libro. xx. de ciuitate dei capitulo. xxix.

¶ Per hunc helyam ēt magnum mirabilēq; propheta̅ exposita sibi lege ultimo āte iudicium iudæos in xp̄um uerum. i. in xp̄m nostrum esse credituros celeberrimū est in sermonibus cordibus quæ fideliū. Ipse quippe ante aduentum iudicis saluatoris non īmerito speratur esse uenturus qui ēt nunc uiuere non merito credit̄. Curru nāq; igneo raptus est de rebus humanis: quos euidētissime scripta sacra testat̄. Cū uenerit ergo exponēdo legē sp̄ualiter quā nūc iudæi sapiūt carnaliter: conuertet cor patrum ad filios: ut. s. filii. i. iudæi sic intelligant legē quēadmodū eam patres. i. prophetæ intellexerunt. Sic enim cor patrum conuertet̄ ad filios: cum intelligentia patrum perducet̄ ad intelligentiam filioꝝ: & cor filioꝝ ad p̄res eoꝝ dū in is quos consenserint illi: consenciant & isti. Actor. Teste nāq; sapiente ecclesiastici quadragesimo octauo. Helyas inscriptus est in iudiciis tempum lenire iracundiā domini: conciliare cor patris ad filium: & restituere tribus iacob. Cum helya aūt ueniet tunc enoch: & ut ex undecimo capitulo libri apocalipsis & ex glosis eius colligitur: Ambo testificabuntur xp̄m iesum fuisse illum uerum messyam quē deus promiserat in scripturis sacris pro salute humani generis uenturum. Et prophetabunt helyas & enoch diebus mille ducentis sexaginta: amitti saccis. Hii sunt duæ oliuæ & duo candelabra lucencia in cōspectu domini terræ stantes. Et siquis uoluerit eos ledere sic optet occidi: hii habebūt potestatē claudendi cœlum ne pluat diebus prophetiæ eoꝝ. Et si quis uoluerit eis nocere: ignis exiet de ore eoꝝ & deuorabit inimicos eoꝝ. Et potestatē hēbunt sup aquas conuertendi eas ī sanguinē & percutere terram omni plaga quotienscūq; uoluerint. Et cū finierint testimonium suum de xp̄o. bestia scilicet antexp̄us qui ascendit de abisso maliciæ faciet aduersus eos bellum & uincet eos & occidet: Et corpa eoꝝ iacebūt per tres dies & dimidiū in plateis ciuitatis magnæ scilicet iherusalem: ubi & dominus eoꝝ crucifixus est. Et uidebit de tribubus & populis & linguis & gentibus corpa eoꝝ quæ nō sinent̄ poni in monumētis. Et inhitantes terrem gaudebunt de morte eoꝝ & iucūdabunt̄ & munera imittent adinuicem: qm̄ hii duo prophetæ dū uiuerent cruciauerunt eos qui inhabitant suo terram. Et post dies tres & dimidium: spiritus uitæ intrabit in eos. Et stabūt hii prophetæ sup pedes suos resuscitati & timor magnus cadet super illos qui uidebunt eos. Et audient hii prophetæ uocē magnā de cœlis eis dicentem Ascendite huc. Et ascēdent dicti prophetæ in cœlum in nube ad perfruendum gloria cœlesti.

¶ Capitulum tertium q̄ dum helyas in paradisum uoluptatis ascendit: regimen huius religionis helizeo cōmisit: qui a filiis ꝓphetaꝝ in patrem receptus fuit. Ioannes quadraginta quatuor episcopus hierosolymitanus ubi supra.

PRiusq̄ autē helyas ab hoc mundo transferretur in paradisum uoluptatis fuit ei curæ īminente trāslactione monachos discipulos suos filios prophetaꝝ singillatī uisitare: & de p̄re ydoneo eis prouidere: qui eos oēs generaliter loco regeret & gubernaret: ꝓp quos descēdētes ipse & helizeus de mōte carmeli uenerūt ābo ī galgala: deī ī bethel & inde ī iericho. Nā sicur p̄diximus ī hiis locis hītabāt uiri religiosi filii prophetaꝝ helyæ discipuli: quos ipse uisitans cōmonuit ut īminenti eius corporali absentia tristes nō fierēt: Quibus uisitatis ualefaciens perrexit cum helyseo ad iordanē sicco pede. Quo pertrāsito: dixit helyas ad helizeum. postula quod uis & faciā tibi anteq̄ tollar a te. Habebat autem helias duplicem domini spiritum: uidelicet spiritum occulta presertim futura prophetādi: & spiritū miraculi faciendi. Quorum spirituū non unum solum sed duplicem predictum postulans helyseus dixit. Obsecro ut fiat spiritus tuus duplex ī me. Prædixerat aūt helyæ deus dū manebat in monte oreb ī ostio spelūcæ: helizeum filiū saphat qui est de abelmanla unges prophetā p̄ te. Per q̄ dn̄i uerba

intellexerat helyas non qdē q̄ helyseus eēt ei successurus in altero spiritu.s.ꝓphetico:Propter qđ helyzeo petenti:suū duplicē spm̄ tr̄dit.Rem difficilem postulasti.Perpendēs tñ a deo q̄ si helizeus esset dignus uidere modū illū archanū & mirabilem quo deus subleuaret eū i cœlum impetraret qđ ab eo postulauerat. Helizeus uero illud uidebat:& ad eū clamabat:& qđ ab eo postulauerat:obtinuit:succedens heliæ tam in spiritu ꝓphetiæ q̄ in spū signoꝝ.Quēadmodū sapiens testat̄ dicens:Helyas in turbine tectus est:& i helyzeo cōpletus est spiritus eius:Videns itaq; helyas discipulū suū heliseū suo spū plenū:nouit eū a deo factū ydoneū ad regeodū suos discipulos filios prophetaꝝ pp quod totius religionis p eū īstitutæ cōmisit tūc sibi regimen ac magisterū.Et in huius signū tradidit:tūc helyzeo suum insignem religionis habitū : relinquēs ei palliū suum dum ferebat̄ in cœlū.Quo helizeus se opiens abiecit a se uestimenta sua in duas partes scindens ea:ut filii prophetarum uidentes eū habitu helyæ indutū agnoscerēt eū spiritu helyæ repletum:& sic recipent eū promtius p helya in patrem eoꝝ & magistrū:Et rediens inde percussit bis pallio helyæ iordanem uidentibus uiris religiosis filiis ꝓphetaꝝ qui econtra erant eius regressum expectātes Et cū uice prima nō fuissent diuisæ aquæ:in scđa tñ uice diuisis hic inde aquis iordanis:transiit helyzeus per siccum alueū fluminis.

¶Gregorius libro primo dialogorum capitulo secūdo.

¶Helyzeus quoq; magistri palliū ferens atq; ad iordanē ueniēs ꝑcussit semel & aq̄ minime diuisit.sed eū repente diceret:ubi est deus heliæ.et nunc ꝑcussit fluuiū magistri pallio:& iter iter aquas fecit.Perpendens petre quātum in exhibendis uirtutibus humilitas ualet. Tunc exhibere magistri uirtutem potuit:qñ magistri nomē ad memoriam reduxit:quia enim ad humilitatem sub magistro rediit quod magister fecerat & ipse fecit .

¶Ioannes quadragesimus quartus episcopus hyerosolimitanus ubi supra.

¶Cernentes ergo filii prophetarum iordanem miraculose cessisse helyzeo:agnouerunt eū succeder̄ helyæ i duplici spiritu predicto.pp quod adinuicem dixerunt. Requieuit spiritus helyæ super helyzeum.Et uenieutes in occursum eius:adorauerunt eum proni in terra:recipientes eū pro helya in precipuū eoꝝ pr̄em & magistrum:quem uidebant habitu helyæ & spiritu dotarū. Præbuerunt aūt ex hoc actu formā suis successoribus ut quādo ab eis erit ablatus pater eoꝝ p̄cipuus:illum loco eius in patrem humiliter sup se suscipiant qui exemplo elyzei erit ad eos per signa & prodigia a deo missus . Signis uero nō apparētibus oī sollicitudine unanimiter studeāt illum ex eis in patrem super se ponere q cæteros p̄cedat qui eū recepunt ī patrē super se

¶Capitulum quartum q̄ Heliseus suscepto huius religiōis regimine:cimeos filioꝝ prophetaꝝ singillatim uisitauit.& qualiter coram eis miracula multa fecit .

SVscepto itaq; helyzeus regimine propheticæ religionis per helyam institutæ:sollicitus fuit cimeos monachoꝝ filioꝝ ꝓphetaꝝ singillatim uisitare.Quos cupiens consolari de absentia heliæ operabatur coram eis signa & uirtutes. ne inuacuum uideretur gr̄am dei recepisse.tum ut per hoc eis ostenderet se gerere uices helyæ.tum etiam ut sic eos solidaret in ꝑseuerantia uitæ monasticæ.Nam cū esset apud monachos filios prophetaꝝ habitantes in iericho:eis curētibus dulcorauit helyseus ad petitionem uiroꝝ iericho amaras aquas ciuitatis:mittendo sal in aquā fontis.Cum aūt inde ascenderet ad uisitandū filios ꝓphetarum habitandos in bethel:uiri ciuitatis illius qui erant ydolatre habebaot ipsum propterea exosum:quia erat cultor ueri dei.In cuius contēptum prouocauerūt tūc pueros eoꝝ paruos ut deriderent helyzeū.Et egressi pueri de ciuitate:illudebant ei dicentes.Ascende calue:ascēde calue.Helyseus aūt p hoc intelligens deū uerū cuius cultor erat flectipendi a uiris ciuitatis cū respexisset pueros: maledixit eis ī noīe dñi.Et sic magnificaret in ciuitate nomen ueri dei quē cōtēpnebant illi.Et mox egressi de saltu duo ursi: lacerauerūt ex eis quadragintaduos pueros. Quod scientes uiri ciuitatis: trinuerunt nomē dei helysei. Filii uero ꝓphetaꝝ illic cōmorātes uiso hoc signo:cū gaudio & honore recepunt helyseum in pr̄em eoꝝ & magistrū. Abiit aūt inde helyseus ī montē carmeli uisitans & cōsoans filios prophetaꝝ habitantes ibi apud quos tūc non diu mansit:quia desiderabat prius cæteros filios prophetarum uisitare & tandem ī montē carmeli redire. Pergeos ergo uide samariam uisitauit filios prophetarum illic habitantes . ubi relictā ꝓphetæ abdie oppressam alieno ære propter alimoniam q̄ abdias fecerat centum heliæ discipulis quos abscōsos seruauerat in spelūcis:helyseus a debito releuauit:& uictum sibi & suis

filiis ministrauit multiplicans miraculose in magnã q̃titatem paꝝ olei in domo mulieris inuẽti. Quod ipsa uendens & creditori satisfecit:& de reliquo p̃eti uictum sibi & filiis suis ꝓcurauit. Rediens aute inde helyseus in montẽ carmeli:trãsiit p ciuitatẽ sunan ubi erat mulier quædã magna ad quam helyseus diuertebat quotiẽs p sunã trãsibat:quẽ mulier prædicta in suo hospitio hõeste recipiebat: i quo cœnaculũ sibi fecerat:& ei decenter de suis facultatibus ministrabat.

Hieronymus in cõmentario super Matheum.

Consuetudinis iudaicæ fuit:nec ducebaẗ i culpam more gẽtis antiquæ: ut mulieres de substãtia uictum & uestitum præceptoribus suis ministraret.

Ioannes quadragesimusquartus episcopus hierosolymitanus ubi supra.

Quæ cũ filio careret eo φ haberet uirũ ineptũ ad generandũ ꝓpter senũ:ꝓmisit sibi helysens in remuneratiõem dictæ hospitalitatis φ filiũ de uiro suo cõciperet & haberet. Et cum ita euenisset:contigit processu tẽporis φ postq̃ puer creuerat:mortuus fuit. Iudicauit ergo mulier uiro suo se uelle ad helyzeũ ascendere in carmelo. Cui uir nesciẽs filiũ esset mortuũ:dicit. Quam ob cãm uadis ad eũ hodie: nõ sunt kalende neq; sabbatũ. Quasi diceret. Si hodie esset festum:causam haberes ascendẽdi ad eũ. Consueuerãt siqdẽ deuotæ ꝑsonæ benedictionẽ secũ uictualiũ afferẽtes ulitare diebus festiuis helyzeũ & cæteros monachos montis carmeli:præcipue autẽ deuotione audiendi ab helyzeo & ab aliis prophetis uerbum dei.

Hieronymus cõtra uigilantium.

Hic in iudæa usq; ad hodie ꝑseuerat cõsuetudo non solum apud nos:sed etiam apud hæbreos ut qui in lege domini meditanẗ die ac nocte & patrẽ non habent in terra nisi solum deum:tocius orbis foueantur ministeriis:

Ioannes.xliiii.episcopus hierosolymitanus ubi supra:

Cum ergo uenisset mulier illa ad helyzeum in mõte carmeli:corruens appræhẽdit pedes eius & dicit ei. Nunquid petiui filium a te? Nunquid nõ dixi tibi ne illudas me? Illusam se reputabat eo φ filium quem sine eius petitione sibi helyzeus a deo impetrauit:ita cito perdidisset. Cernẽs autem helyzeus eam in amaritudine magna positã:surgens secutus est eam in domum suam. Et ingressus in cubiculum ubi puer mortuus iacebat:fusa ad dominũ oratiõe: suscitauit helyzeus a mortuis puerum. Quẽ cũ matri assignasset uiuũ:illa corruens ad pedes helyzei:adorauit super terram gratias reddens deo & helyzeo. Per hæc itaq; prædicta signa manifestauit helyzeus religiosis uitis filiis prophetarũ helyæ discipulis duplicem helyæ spiritũ esse in eo cõpletũ. Et ꝓpterea prædicti oẽs mõachi receperunt cum pro helya in ꝑfem eoꝝ p̃cipuũ & magistrũ.

Capitulum quintum φ Ionadab cum rechabitis ab eo ostendẽtibus fuit helyzeum in mõastica uita heremitica imitatus.

HElyzeus etiam per signa & uirtutes quæ operabatur inter plebes:trahebat ad suã prophenicam religionẽ multos deuotos homies. Inde est φ uir dei ionadab filius rechab sciens helyzeum a mortuis resuscitasse sunamitis filium:tractus fuit per hoc ad sequẽdũ in prophetica disciplina uitæ mõasticã prophetã illũ. Cinei uero ꝓgẽitores rechab hominis dei qui ab inclito iabes legis doctore fuerant ꝓfunde in lege dei eruditi: suos posteros legem dei canere & laudes eius resonare docuerunt. Ionadab autem in hiis omnibus plene istructum ad maiorẽ ꝑfectionis cumulũ fuit ut præmittiẗ:helyzeũ prophetã in monastica uita heremiticã imitatus. Et quãuis in uirginali castitate helyzeũ secutus nõ fuerit:uolens ꝓpter hoc fragilitatẽ carnis tam se q̃ suos uti cõiugio:& prolem ad cultum dei licite ꝓcreare tamen exemplo helyzei relictis omnibus extra urbes cũ cineis ab eo descendentibus in tabernaculis habitauit. De quibus in libro paralipomenon legimus. Hii sunt cinei qui uenerunt de calore:hoc est de feruore uitæ religiosæ domus rechab:canentes atq; resonantes:& in tabernaculis commorantes. Cinei itaq; ab hoc rechab descẽdentes:& cũ ionadab filio eius religionem helyzei heremit cam sequentes:dicti fuerunt rechabite. Quoꝝ pater scilicet ionadab p helyzeũ ꝓphetam in disciplina ꝓphetica monasticæ uitæ heremiticæ iniunxit ipsis rechabitis & cunctis eiusdem ꝓposiri p affinitatẽ eis coniunctas:cætera præter continentiã in institunone helyæ cõsulta. Vt uidelicet patri eorum semper obedirẽt:& uinum in sempiternũ nõ biberent:& domos nõ edificarent:& semen non sererent:& agros nõ possiderent:& uineas non plantarent:nec haberent:sed in solitudine iuxta urbes cunctis diebus in tabernaculis habitarent:pro ut hæc & alia de ipsis plenius testa

tur hyeremias propheta.

¶ Cassianus in libro collationũ patrũ capitulo.x.collationis.xxii.

¶ Helyzeus ac reliquos eiusdẽ propositi uiros mosayca legimus supasse mãdata:de quibus apostolus ait. Circuierũt in melotis:& in pellibus caprinis:egentes:angustiati:afflicti:quibus dignus non erat mũdus. In solitudinibus errãtes:in mõtibus & ĩ speluncis & in cauernis terræ. Quid de filiis ionadab filii rechab dicam. quos hyeremiæ ꝓphetæ offerenti ex p̃cepto dei uinum: ita legimus respõdisse. Non bibimus uinũ:quia ionadab filius rechab pater nr̃ p̃cepit nobis dicens. Nõ bibetis uinũ uos & filii uestri usq; in sempiternũ. Et domũ nõ edificabitis:& sementẽ nõ seretis & uineas nõ plãtabitis nec habebitis:sed in tabernaculis habitabitis cũctis diebus uestris. Vnde etiam ab eodẽ ꝓpheta merentur audire Hæc dicit dominus deus exercituum deus israel. Nõ deficiet uir de stirpe ionadab filii rechab stans in cõspectu meo cũctis diebus. Qui omnes offerre passionũ suarũ decimas nõ cõtenti:sed ipsa p̃dicta respuentes semetipsos pocius deo ac suas animas obtulerunt:ꝓ quibus nulla ab homine fieri cõmutatio potest. Sicut dominus in euangelio testatur Quam dabit homo cõmutationem pro anima sua.

¶ Hieronymus in epistola ad paulinũ monachũ de institutiõe monachoꝝ.

¶ Si cupis eẽ quod diceris:scilicet mõachus idest solus: quid facis in urbibus quæ utiq; nõ sunt solorũ habitacula sed multoꝝ. Habet unumquodq; ꝓpositũ principes suos. Et ut ad nr̃a ueniamus:episcopi & p̃sbyteri habẽt ad exẽplũ apostolos & apostolicos uiros: quorum honorẽ possidentes habere nitantur & meritũ. Nos autẽ idest monachi habemus ꝓpositi nr̃i principes:paulũ antoniũ:iulianum:hillarionẽ:machariũ. Et ut ad scripturarum auctoritatẽ redeã: noster prĩceps est helyas:noster dux est helyzeus: nr̃i duces filii ꝓphetaꝝ: qui habitabãt in agris ac solitudine: & faciebant sibi tabernacula ꝓpe fluenta iordanis. De his sunt & illi filii rechab: qui uinum & siceram nõ bibebant: qui morabant in tentoriis:qui uoce dei ꝑ hieremyã laudant: & ꝓmittitur eis: ꝙ nõ deficiet de stirpe eoꝝ uir stans corã domino.

¶ Capitulum sextum ꝙ helyseus filios ꝓphetarum ad obseruantiam uitæ monasticæ induxit & eis in necessariis uitæ etiam miraculose interdum ministrauit. Ioannes quadragesimusquartus episcopus hierosolymitanus ubi supra.

Deniq; helyzeus summa cum diligentia creditos sibi monachos filios prophetarum regebat:quos suo exemplo & magisterio inducebat ꝓpter regnũ dei melius consequendum ad p̃fectionem inquirẽdã secundum formã disciplinæ uitæ monasticæ ꝑ deum traditã helyæ. Quibus etiam de crastino nõ solicitus ꝓuidebat in uitæ necessariis nõ solum ꝑ humanã industriã: imo interdũ miraculose supra naturalem potentiã. Legimus namq; in libro regnoꝝ ꝙ cũ esset fames in terra & dicti filii ꝓphetaꝝ habitarẽt corã helyzeo: compatiens ipse fami eoꝝ dixit quadã uice uni de famulis suis. Pone ollam grandẽ & coque pulmentũ filiis ꝓphetarũ. Egressus ille ut colligeret herbas agrestes inueniens quasi uitem siluestrem:collegit ex ea colloquintidas:implens pallium suum:& nesciens quid esset:conscidit in ollam pulmẽti. Infuderunt ergo socii cum comederent. Cũq; gustassent filii ꝓphetaꝝ de coctione hac:clamauerunt ad helyzeum dicẽtes. Mors in olla uir dei:mortiferum enim erat præ amaritudine colloquintidaꝝ illud pulmentũ. Non fuit autẽ helyzeus iratus coquo. Laucioris enim mense consuetudinẽ nõ habebat. sed dicit eis. Afferte farinã. Et cum attulissent sibi:misit in ollam:& dulcorata statim fuit esca. Iussit ergo helyzeus iterum infundi filiis ꝓphetaꝝ:qui tunc ea dulce facta laute comederũt. Altera quoq; uice cũ uir quidã ex deuotiõe attulisset de bethsayda helyzeo panes primitiuos uidelicet uiginti panes ordeaceos & frumentũ nouum in pera sua dicit helyzeus ministro suo ut daret filiis ꝓphetaꝝ ad comedendũ. Qui respondit. Quantũ est hoc ut apponã corã centũ uiris:quasi diceret parũ aut nihil erit inter tantos. Cui dicit helyzeus. Da eis: quoniã comedẽt & superit eis:posuitq; corã eis. Qui comederũt:& eis saciatis sup̃fluit iuxta uerbum helyzei. multiplicãs miraculose p̃dictos panes sine aliqua extrinseca additione. Dicebat quippe ut hæc omnia adderent: eis nõ sollicitis indebite quid manducarẽt aut quid biberent:aut quo operirentur. Quoniam primum & ante omnia quærebãt regnum dei & iustitiam eius:proiicientes omnes solicitudines suas in deum cui cura est de hominibus.

¶ Capitulum.vii.ꝙ Monachi montis carmeli fuerũt propter eorum iusticiam a captiuitatibus

ERat autẽ in diebus illis patriarcha anthiochenus & in terra sancta apostolicae sedis legatus: uir quidam amabilis deo & hominibus noĩe aymericus malosayda natiõe lemonicẽsis de uilla appellata salamiacũ. Qui praedictoꝝ ãtecessoꝝ nr̃oꝝ heremitarum fratrum beatae mariae de monte carmeli laudabilem conuersationem attendẽs. eos multũ specialiter suo tempore in domino enutriuit. Intelligens autẽ quosdã eoꝝ qui ex occidente sup̃uenerant spretis senioꝝ moribus nõ recte ambulare ad ueritatẽ religiosae uitae heremiticae in praedicto ioãnis libro descriptae: & ꝑpendẽs hoc ideo maxĩe contingere: q̃a graecas litteras ignorantes nesciebant codicẽ illũ legere: fecit librũ illum de graeco in latinũ trãsferri: Et

ut illorum improboꝶ cohercereť audacia: tutaq; inter eos esset senioꝶ heremitaꝶ huius montis ionocẽtia: ipsos omnes p obedientiæ uinculũ colligauit. Statuit enim ꝙ ex ipsis unus qui diceretur prior deinceps eis ita præesset: ot quilibet alioꝶ obedientiã ei deuoueret: sub cura cuius & regimine omnes uiuerent. Quibus antea licet unus p̄esset: quoniã alba lingua syra & patrẽ latina appellabãt: sub regimine cuius etiam tunc tẽporis manebant: & cui etiã sponte obediebãt: nunq̃ tamẽad obediendũ alicui se uoto prius obligauerant donec p̄dictus patriarcha Aymericus eos ad hoc primũ astrinxit. Inter quos ipse fratrem suum habuit: scilicet fratrem bertoldũ uirũ religiosum sanctum & famosum: quẽ de unanimi omniũ assensu anno domini. M.c.xxi. in primum priorẽ eis instituit: & cui curã animaꝶ cæteroꝶ iniunxit. Quibus & mõasteriũ in hoc mõte carmeli ad honorẽ beatæ margaritæ edificari faciebat: infra quod eos includere intendebat: sed priusq̃ mõasteriũ hoc cõsumasset: sustulit eũ de mundo deus. Processu autẽ temporis mortuo primo eorum priore uidelicet fratre bertoldo: sub regimine cuius. xlv. annis manserãt: ꝑplexitas magna eoꝶ animos inuasit de successore eius instituẽdo de cuius institutiõe nullam certã formam prædictus patriarcha aymericus morte p̄uentus eis reliquerat. Tandẽ post lapsum tẽporis fratrẽ brocardũ uirum ꝑfectum unanimiter præficiẽtes: ei omnes obedientiã ꝓmiserũt: sub regimine cuius triginta tribus annis ꝑmanserunt. Quo eis præsidẽte patriarchæ hierosolymitão domino Alberto ꝓposuerũt ꝙ a tẽpore quo prædictus patriarcha Aymericus eos omnes sub circa unius prioris per obedientiæ uinculum colligauerat: ipsi desiderauerãt uiuere inclusi in mõasterio sub obseruãtia religiosæ uitæ solitariæ p helyã prophetã istitutæ: qui licet p eoꝶ institutionẽ essent certi qualiter unusquisq; eorum singulariter degens deberet ad perfectionem & finem uitæ solitariæ tendere: quia tamen ꝓponebat in hoc carmelo includi in mõasterio in quo nequaq̃ fuerãt adhuc inclusi: ideo priusq̃ in eo includerẽtur: obnixe requirebant a prædicto patriarcha alberto ut iuxta propositum eorum traderet eis de quibusdam articulis per eos tunc sibi oblatis conuersacioni monasteriali necessariis breuem uitæ formulam quam tenere imposterum deberent. Et primo qualiter prior cui promittenda erat ab aliis obedientia: esset deinceps in suo officio instituendus. Secundo ut describereť eis figura monasterii edificandi apta & comoda ad uitã solitariam in eo obseruandã: & qualiter ipsi deberent conuersari ibi. Tertio qui psalmi essent maximæ ab eis in singulis horis canonicis dicendi: & qualiter ab eoꝶ laycis deberent hore dici. Quarto an eis in monasterio inclusi; liceret aliqoid habere in ꝓprio uel saltem in comuni: & qualiter deberent superuentura eis bona distribui. Quinto in q̃ pte mõasterii potius deceret oratoriũ collocari. Sexto si culpæ in aliquo eoꝶ fratre essent deꝑhensæ an illas possent & q̃liter corrigere ipsi. Septimo quanto tẽpore anni deberet ieiuniũ obseruari: & quãdo essent ab esu carniũ abstinẽdũ uel quando eis liceret carnibus uesci. Octauũ quibus armis q̃ maxime essent ipsi specialiter muniendi contra diabolũ pugnaturi. Nono an liceret eis propriis manibus corporaliter operari aut cessare totaliter ab opere corporali. Decimo quibus horis diei esset præcipue silentium ab eis tenẽdũ: & quãdo liceret eis loqui. Nam q̃uis ipsi essent in cæteris bene instituti: de præmissis tamẽ decem articulis dubictas & opinionũ diuersitas apud eos exorta fuerat de qua nequibant per institutionem eoꝶ determinate certificari. Dictus autẽ dominus patriarcha albertus lecta primo institutione eoꝶ antiqua in prædicto ioannis libro descripta: & uiso ꝙ nullus prædictorum articuloꝶ plane per eum determinabatur: annuit eoꝶ humili requisitiõi. Et de prædictis decẽ articulis certã uitæ formulã cõtinentẽ statuta decem secũdum quã uiuere deberent latino eloquio eis scripsit: quã tempore sempiterno imposteꝶ ab eis & successoribus eorum obseruãdã ipse Anno domini. M.c.xc. uono eis tradidit. Quibus postmodũ eodem anno mõasteriũ in hoc mõte carmeli iuxta fontem helyæ prophetæ edificari fecit infra cuius cepta includi ac renouari iussit capellam quã ad honorẽ beatæ dei genetricis mariæ prædecessores eoꝶ post ascensionem cristi constrinxerant. Et eos omnes in antris atq; cellulis distantes per hunc montem carmeli habitantes: ipse dominus albertus tunc cõgregauit. Et in dicto monasterio sub obseruantia religiosæ uitæ solitariæ per helyam prophetam institutæ eos inclusit ut ibidem conuersarentur secũdum regulam eis per ipsum nouiter scriptã cõsequenter in sua forma transmitto.

¶ Capitulum tertium ꝙ in quo ponitur in sua forma huius religionis regula sicut per albertum patriarcham fuit scripta & fratribus ad obseruandũ tradita:

ALbertus dei gratia hieroſolymitãæ eccleſiæ uocatus patriarcha Dilectis in criſto filiis brocardo & cæteris heremitis qui ſub eius obedientia iuxta fontem in monte carmeli morantur in domino ſalutem & ſancti ſpiritus benedictionem. Multipharíæ multiſq; modis ſancti patres inſtituerunt qualiter quiſq; in ſuo ordine fuerit uel quẽcũq; modum religioſæ uitæ elegerit:in obſequio ieſu criſti uiuere debeat:& eidem fideliter de corde puro & bona conſcientia deſeruire. Verũ quia requiritis a nobis ut iuxta ꝓpoſitũ ueſtrum tradamus uobis uitæ formulã quã tenere impoſterum debeatis. Illud ĩ primis ſtatuimus ut unum ex uobis habeatis priorem:qui ex unanimi eoꝝ aſſenſu uel maiores & ſanioris partis ad hoc officium eligatur:cui obedientiam promittat quilibet aliorum:& promiſſam ſtudeat operis ueritate ſeruare. Præterea iuxta ſitum loci quẽ inhabitare ꝓpoſueritis:ſinguli ueſtrũ ſingulas habeãt cellulas ſeparatas ſicut per diſpoſitionẽ prioris ipſius & de aſſenſu aliorum fratrũ uel ſanioris partis eaedem cellulæ cuiq; fuerit aſſignatæ. Nec licet alicui fratrũ niſi de licentia prioris qui pro tẽpore fuerit:deputatũ ſibi mutare locum:uel cum alio permutare. Cellula prioris ſit iuxta ĩtroitum loci:ut uenientibus ad eundem locum primus occurrat: & de arbitrio ac diſpoſitiõe ipſius poſtmodũ quæ agenda ſunt:cuncta ꝓcedant. Maneant ſinguli in cellulis ſuis uel iuxta eas die ac nocte in lege domini meditantes & in orationibus uigilantes niſi aliis iuſtis occaſionibus occupentur. Hii qui litteras norũt & legere pſalmos per ſingulas horas eos dicant:qui ex inſtitutione ſanctorum patrũ & eccleſiæ approbata cõſuetudine ad horas ſingulas ſunt deputati. Qui uero litteras non norunt:uiginti quiq; uicibus pater noſter dicant in nocturnis uigiliis: exceptis dominicis & ſolennibus diebus:in quorum uigiliis prædictum numerum ſtatuimus duplicari:ut dicatur pater noſter uicibus quinquaginta: Septies autẽ eadem dicatur oratio ĩ laudibus matutinis. In aliis quoq; horis ſepties ſimiliter eadẽ ſingillatim dicatur oratio:præter officia ueſpertina: in quibus ipſam quindecies dicere debeatis. Nullus fratrum dicat ſibi aliquod eſſe proprium: ſed ſint uobis omnia comunia:& ex hiis quæ uobis dominus dederit:& diſtribuatur unicuiq; ꝑ manum prioris:ideſt per hominem ab eo ad idem officium deputatum: prout cuiq; opus fuerit inſpectis ætatibus & neceſſitatibus ſingulorum. Ita tamen ut ſicut præmiſſum eſt in deputatis cellulis ſinguli maneant:& ex his quæ ſibi diſtributa fuerĩt:ſingulariter uiuant. Oratorium prout comodius fieri poterit:conſtruatur in medio cellularum:ubi mane per ſingulos dies ad audienda miſſarum ſolemnia conuenire debeatis:ubi hoc comode fieri poterit. Dominicis quoq; diebus uel aliis ubi opus fuerit de cuſtodia ordinis & animarum ſalute tractetis:ubi etiam exceſſus & culpæ fratrum ſi quæ in aliquo depræhẽſæ fuerint:caritate media corrigãtur. Ieiunium ſingulis diebus exceptis dominicis obſeruetis a feſto exaltationis ſanctæ crucis uſq; ad diem dominicæ reſurrectiõis: niſi infirmitas ſeu debilitas corporis aut alia iuſta cauſa ieiunium ſolui ſuadeat: quia neceſſitas nõ habet legem. Ab eſu carnium ſemper abſtineatis:niſi infirmitatis & nimiæ debilitatis remedio ſint ſumendæ. Quia uero temptatio eſt uita hominis ſuper terram:& omnes q̃ pie uolunt uiuere in criſto:perſecutionem patiuntur. Aduerſarius quoq; ueſter diabolus tamquã leo rugiens circuit querẽs quem deuoret:omni ſollicitudine ſtudeatis indui armatura dei ut poſſitis ſtare aduerſus inſidias inimici. Accingendi ſunt lumbi ueſtri cingulo caſtitatis:muniendum eſt pectus cogitationibus ſanctis. Scriptum eſt enim. Cogitatio ſancta ſeruabit te. Induenda eſt lorica iuſticiæ ut dominum deum ueſtrum ex toto corde & ex tota anima & ex tota uirtute diligatis:& proximos ueſtros tamq̃ uoſmetipſos. Sumendum eſt in omnibus ſcutũ fidei:in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Sine fide enim ẽ impoſſibile placere deo: & hæc eſt uictoria fides noſtra. Galea quoq; ſalutis capiti imponenda eſt:ut de ſolo ſaluatore ſperetis ſalutem. qui ſaluum facit populum ſuum a peccatis eorum. Gladius autem ſpiritus quod eſt uerbum dei habundanter habitet in ore & in cordibus ueſtris:& quæcunq; uobis agenda ſunt: in uerbo domini fiant. Faciendum eſt uobis aliquod operis:ut ſemper diabolus uos inueniat occupatos: ne ex ociofitate ueſtra aliquem intrandi aditum ad animas ueſtras ualeat inuenire. Habetis in hoc beati pauli apoſtoli magiſterium pariter & exemplum in cuius ore criſtus loquebatur: qui poſitus eſt & datus a deo prædicator & doctor gentium in fide & ueritate:quotidie ſi ſecuti fueritis:non poteritis aberrare. In labore inquit & fatigatione fuimus inter uos nocte ac die operantes ne quem ueſtrum grauaremus. Non quaſi nos non haberemus poteſtatem: ſed ut noſmetipſos formam daremus uobis ad imitandum nos. Nam cum eſſemus apud uos:hoc denunciabamus uobis:quoniam ſiquis non uult operari: non manducet. Audiuimus enim inter uos quoſdam ambulantes in quiete:nihil operantes. Hiis autem qui huius modi ſunt denunciamus &

obsecramus in domino iesu christo:ut cum silentio operantes:suum panem manducent. Hæc uia sancta & bona:ambulate in ea. Cõmendat auté apostolus silentium cum in eo præcipit operandum. Et quẽadmodũ propheta attestatur. Cultus iusticiæ silentiũ est. Et rursus in silentio & spe erit fortitudo uestra. Ideoq; statuimus ut ab hora uespertina usq; ad horam tertiam sequẽtis diei silentium teneatis:nisi forte necessitas uel causa rationabilis: aut licentia prioris silentiũ interrumpant. Alio uero tempore licet silentii non habeatur obseruatio tanta:diligentius tamẽ a multiloquio caueatur:qm̃ sicut scriptum est & non minus experientia docet in multiloquio non deerit peccatum:& qui inconsideratus est ad loquẽdum:sentiet mala. Item qui multis uerbis utitur:ledit animã suam. Et domĩus in euangelio. De omni uerbo ocioso quod locuti fuerint homines:reddent rationem de eo in die iudicii. Faciat ergo unusquisq; stateram uerbis suis & frenos rectos ori suo: ne forte labatur & cadat in lingua sua:& silentium in quo est cultus iusticiæ:diligenter & caute studeat obseruare. Tu autẽ frater brocarde & quicunq; post te institutus fuerit prior:illud semper habeatis in mẽte & seruetis ĩ opere quod domĩus ait in euãgelio. Quicunq; uoluerit inter uos maior fieri:erit uester minister. Et quicunq; uoluerit inter uos primus esse:erit uester seruus. Vos quoq; cæteri fratres prioẽ uestrum humiliter honorate:christum potius cogitantes qm̃ ipsum:qui posuit illum super capita uestra: & ecclesiarũ propositis ait. Qui uos audit:me audit:& qui uos spernit:me spernit: ut non ueniatis in iudiciũ de contẽptu:sed de uestra obediẽtia mereamini uitæ æternæ mercedem. Hæc breuiter scripsimus uobis conuersationis uestræ formulam statuentes secundum quam uiuere debeatis: Siquis autem super erogauerit:ipse dominus cum redierit:reddet ei. Vtatur tñ discretione: quæ uirtutum est moderatrix.

¶ Capitulum quartum q; nulla aut pauca Albertus ĩ predicta regula inserit quæ ioannes prius in institutione huius religionis nõ scripsit:sed quæ ioannes in generali suadendo scripserat:Albertus in spirituali determinat regula Actor.

IN regula in præcedenti capitulo posita:dominus albertus nulla aut pauca ĩserit quæ essent iam per ioannem in libro ĩstitutionis huius religionis fratribus uel uerbis suasa uel exẽplis sanctoꝝ patrum præcedentiũ eis monstrata:sicut ex dicendis in hoc capitulo patebit. Verum q; ea quæ ioannes in dicto libro suadendo in generali dixerat albertus amputando a fratribus scrupulum dubitationis in regula statuendo in speciali determinat. Hæc ergo est cã pp quã post descriptionem institutionis huius religionis oportuit maxime etiam dictã regulã scribere:ut.s.oĩa a fratribus seruanda quæ in institutione fuerant ĩ generali eis suasa:breuiter statuerent in speciali & determinate in regula. In primis ergo albertus ubi dicit Multipharie multisq; modis. &c.diuersa a diuersis sanctis patribus fuisse ĩstituta gradia tendendi ad finem religiosæ uitæ: sicut ioannes dixerat supra libro secundo capitulo octauo. Deinde alii Verum quia requiritur a nobis.&c ad requisitionem fratrum dat eis uitæ formam per quam ad dictum finem tendant:quam comprehendit sub decem statutis respondentibus per ordinem decẽ articulis fratrũ ĩterrogatoriis supra in secundo capitulo huius libri positis. Quorum statutoꝝ primũ respondens primo fratrũ articulo est istud:ut fratres unum ex eis superiorem habeant:sicut de facto habebant & semper habere consueuerant: quoꝝ primus fuit helyas:sicut patet supra libro secundo capitulo. secũdo. Determinat autẽ modũ instituendi superiorẽ ꝑdictũ:ut.s.ex unanimi oĩum fratrum assensu uel maioris & sanioris partis ad priorã tus officiũ eligatur. Quẽ modũ ioãnes ĩ libro institutionis religionis tacuerat:Sed albertus ĩ regula tacet idoneitatẽ personæ eligendæ:quã ioãnes expresserat supra libro quarto capitulo tertio. Statuit autẽ ut fratres seipsos abnegando & uoluntati ꝓpriæ abrenũciando obediãm ꝓmittant dicto priori:& ꝓmissam studeãt opis ueritate seruare sicut Aymericus ordinauerat:supra eodẽ libro capitulo secundo:& ioannes plene suaserat supra libro primo capitulo.iiii.nã & fratrũ habitus hoc designat supra.li.vii.ca.iiii. In hoc aũt prĩo statuto nihil fuit umq̃ mutatũ:sed ad eius declarationẽ fuerũt sibi aliq̃ postea addita:sicut dicetur ĩ.vi.ca.huius libri.s. Nã ĩ primo fuerunt aliq̃ annexa ad declarationẽ quorũdã uerboꝝ ĩ prĩcipio regulæ.s.ĩ eius salutatõe posterioꝝ:sicut dicetur ĩ.vi.ca.huius libri.s.Itẽ q̃dã. Cõsequẽter ĩ scdo statuto rñdẽte scdo fratrũ articulo ibi. Preterea &c.describit figurã mõasterii edificãdi aptã & comodã uitæ solitariæ ĩ eo seruãdæ. Et determĩat modũ seruãdi eã ut.s.singuli fratrũ hẽant singulas sepatas:ne scilicet unus turbetur

in meditatione uel oratione p aliū:in quibus cellulis die ac nocte maneant meditantes in lege domini:& in orationibus uigilantes nisi aliis iustis occasionibus occupentur. Hanc autem uitā solitariam seruandā plene suaserat ioannes supra libro primo capitulo quinto : quā primus huiusmodi helyas seruauit a proposito:ut patet supra libro primo capitulo secundo. Ad cuius imitationem professores huius religionis eam semper seruare consueuerunt:maxime in monte carmeli:ut patet supra libro tertio capitulo tertio & quinto:& etiam in aliis heremis:ut patet eodē libro capitulo.vii.In hoc autem secundo statuto nihil fuit umq̄ mutatum:sed ad declarationē eius fuerunt sibi aliqua addita postea sicut dicetur in sexto capitulo huius libri:scilicet.Itē licet postea in tertio statuto respondente tertio fratrum articulo.ibi.Hii qui litteras.&c.statuit ut in horis canonicis fratres litterati dicant ad laudem dei illos psalmos qui ex institutione sanctoꝝ patrū & ecclesiæ approbata consuetudine sunt ad singulas horas deputati.Fratres uero illiterati dicant ad singulas horas pater noster certis uicibus sicut ipse taxat.Ab origie autē huius religionis consueuerunt eius professores psalmos psallere: sicut patet supra libro secundo capitulo secundo & tertio ad quos canendos consueuerant sub lege ueteri qualibet die in eoꝝ sennion ter cōuenire:ut patet supra libro tertio capitulo tertio.Tempore autem legis nouæ ex generali ecclesiæ consuetudine consueuerunt ad orandum septies qualibet die:sicut patet sopra libro sexto capitulo quinto:Sed quia inter frattes de diuersitate numeroq; psalmorum in singulis horis dicendoꝝ erāt opiniones diuersæ:determinauit albertus ut ad singulas horas illas psalmos dicerent:qui ex institutione sanctoꝝ patrum & approbara ecclesiæ cōsuetudine erant in ecclesiæ cōsuetudine erant in ecclesia sua patriarchatus ad singulas horas deputati.Hoc autem tertiū statutum in prima sui parte fuit postea correctū & aliter formatum: sicut dicetur in sexto capitulo huius libri:scilicet Item in tertio.Demum in quarto statuto respondente quarto fratrum articulo:Nullus fratrum.&c.statuit ut singuli fratrum abrenuncient mundanis diuiciis a facultatibus terrenis sicut plene suaserat ioannes libro primo capitulo tertio:quam abrenunciationē seruauit helyas ut patet supra libro secundo capitulo primo & helyzeus:ut patet eodē libro capitulo quinto: & cæteri eiusdem conuersationis antiqui in exemplū nobis dati:ut patet supra libro quarto capitulo quinto.Determinat autem modum abrenunciandi:ut.s.nullus fratrum habeat:imo nec dicat sibi aliquid esse proprium:sed quæ habebūt sint eis omnia [illegible]; distribuenda tñ per priorem singulis prout cuiq; opus erit.Quem modū abrenunciandi introduxerunt apostoli in primitiua ecclesia ut patet actuum secundo capitulo quarto.Hoc autē quartum statotum fuit postea in ultima sui parte totaliter correctum:sicut dicetur in sexto capitulo huius libri:scilicet Item post.Tandē in quinto statuto respondente quinto fratrum articulo Oratorium.&c.statuit ut fratres in monasterio habeant oratoriū:& determinat locū:ut scilicet cōstruatur in medio cellulacū non solum ad horas canonicas in eo canendas : sed ad missarum solēnia de mane in eo a fratribus audienda : professores autem huius religionis consueuerunt habere oratoriū ad deū horis statutis in eo laudandum & orandum:ut patet supra libro tertio capitulo tertio:& libro.vi.capitulo quinto . Notandū tamen q̄ hæc domus tribus nominibus nuncupatur in hoc libro:quia dicitur sennion.ut patet supra libro tertio capitulo tertio. Dicitur similiter oratoriū ut patet supra libro quinto capitulo octauo.Dicitur etiam capella: ut patet supra libro septimo capitulo quinto.Sennion autem græce:uidetur latine significare conuenticulum honestorum.Est enim domos parua:ad quā monachi secedentes conueniont tantū gratia honestorum scilicet diuinorum officiorum & salute animaꝝ:sicut supra libro tertio capitulo tertio fuit dictum.Oratorium uero ab oratione est dictum. Est enim locus orationi tantum consecratus:ideo nemo aliquid in eo agere debet : nisi illud tantū ad quod est factū & unde nomen accepit.Capella autē dicitur quasi capiens laudē. Est enim parua ecclesia seu domus ad deum in ea laudandū dedicata. Et sic eadē domus dicitur sennion ratione conuentus qui in ea fit ad honesta ibi exercenda.Dicitur etiā oratoriū rōne orōnū quæ ibi ad deū diriguntur: Et dr capella ratione laudū quæ ibi deo exsoluuntur.In hoc uno statuto nihil fuit unq̄ imitatum neq; additū.Vlterius in sexto statuto respondente sexto fratrū articulo.ibi . Dominicis quoq; diebus.&c.statuit ut fratres tractent de salute aīaꝝ & de obseruantia regulari ordinis custodienda ne obmittatur & de culpis fratrum corrigendis. Et determinat modū atq; tēpus:ut scilicet correctio fiat caritate media: & ut de hiis oibus tractetur dñicis diebus:uel ēt aliis si opus fuerit. Salutem autem aīarum consueuerunt pfessores huius religionis semp procurare in cellis & oratorio ut patet supra libro tertio.capitulo tertio:& quinto:& libro.vi. capitulo quinto: ad quā

debet superior præcipue esse intentus uerbo & exemplo:& cæteri ei obsequẽdo:ut patet libro primo capitulo.viii.ad exemplum scilicet helyæ & cæterorum patrum de quibus habes supra libro secundo capitulo tertio &.viii.& libro quarto.capitulo quinto &.vi.&.viii.In hoc autem sexto statuto nihil fuit unq̃ mutatum neq; additum. Postmodum in septimo statuto respondente septimo fratrum articulo ibi.Ieiunium singulis diebus & cætera statuit ut fratres carnalem concupiscentiam mortificẽt per abstinentiam sicut Ioannes suaserat supra libro primo capitulo iiii.& helyas suo exemplo ostenderat supra libro secundo capitulo viii.determinat autem modum:ut scilicet fratres ieiunent a festo exaltationis sanctæ crucis : usq; ad diem pascæ:exceptis diebus dominicis:nisi infirmitas uel debilitas corporis aut alia iusta causa suadeat solui ieiuniũ & ut ab esu carnium semper abstineant nisi pro ĩfirmitatis aut nimiæ debilitatis remedio sumãtur.ieiunium autem professores huius religionis obseruare consueuerant : ut patet supra libro tertio ca.viii . Esus uero carnium non legitur antea eis fuisse interdictus immo concessus ut patet supra libro secundo capitulo primo . Ideo hoc septimum statutum fuit in ultima sui parte postea aliqualiter mitigatum:ut dicẽt in sexto capitulo huius libri:scilicet Item in septimo.Deniq; in octauo statuto respondente octauo fratrum articulo ibi. Quia uero &c. præmonstrans uitam hoĩs super terrã in temptationibus consistere sicut dictum est supra libro primo capitulo quarto:statuit ut fratres induantur spiritali armatura dei per quam possint stare aduersus insidias inimici.Et determinat eis sex species huius armaturæ quibus induanẽ:quarum Prima ẽ cingulum castitatis:quo accingendi sunt lumbi fratrum: scilicet per modum a ioanne expositum. libro.vii.capitulo secundo & ab eo suasum libro primo capitulo quinto . Et ab helya eiusq; discipulis obseruatum:libro secundo capitulo primo:& libro sexto capitulo tertio . Secunda huius armaturæ species est:fugaris a corde cogitationibus ĩmundis:sicut suadetur libro primo capitulo.vii.Muniendum est pectus cogitatiõis sanctis exemplo antiquorum patrum:de quibus habes supra libro tertio capitulo.viii. Tertia huius armaturæ species est indui lorica iusticiæ.i. dilectione dei & proximi per modum in hoc statuto positum:& a ioanne supra libro primo capitulo sexto est expositum.Quarta species est sumere in omnibus scutum fidei exemplo priscorum patrum de quibus habes supra libro quinto capitulo primo.Quinta species est galea salutis capiti imponenda.i.spes ut de solo saluatore speretur salus animæ exemplo antiquorum patrum de quibus habes supta libro quinto capitulo primo.Sexta huius armaturæ species est gladius spiritus.i.uerbum dei:quod debet habundãter in ore & in cordibus fratrum exemplo suorum prædecessorum de quibus habes supra libro quinto capitulo.viii.& libro.vi.capitulo quinto.In hoc autem octauo statuto nihil fuit umq̃ mutatum neq; additum.Subsequenter in nono statuto respondente nono fratrum articulo ibi.Faciendum est.&c.statuit ut fratres faciant aliquid operis:exemplo scilicet tam apostoli quod inducit:q̃ antiquorum patrum eorum:de quibus habes supra libro tertio capitulo septimo.Tangit autem quinq; causas propter quod opus corporale est exercendum.Prima ad tollendum ocium:sicut ecclesia.xxxiii.scribitur. Mitte seruum in operationem ne uacet:multam enim maliciam docuit ociositas.Hanc causam tangit Albertus ibi ut semper diabolus inueniat uos occupatos. Secũda causa est ad domandam carnalẽ concupiscentiam inquãtũ per opus maceratur corpus.Hanc causam tangit apostolus ibi.In labore inquit &c.Tertia causa est ad uitandam cupiditatem alienarum rerum:sicut primæ thessalonicenses quarto dicitur.Operemini manibus uestris sicut præcepimus uobis ut honestæ ambuletis ad eos qui foris sunt & nullius aliquid desideretis.Hanc causam tangit apostolus ibi.Operantes ne quẽ uestrũ grauaremus. Quarta causa est ad uictum querendũ per opus sicut primo xxvii.dicitur.Labores manuũ tuarum quia manducabis:beatus es & bene tibi erit.Hanc causam tangit apostolus ibi.Nam cũ essemus.&c. Quinta causa est ad euitandũ fœda negocia & lucra ex quibus quidem prætermisso opere corporali necessaria sibi prouidẽt quod reprobat apostolus oppositũ eis denuncians & obsecrans.ibi.Audiuimus enĩ inter uos.&c. Vltimo determinat apostolus modũ operandi ut.s.opus fiat cũ silentio.ibi. Hiis autẽ qui huiusmodi.&c.In hoc nono statuto nihil fuit umq̃ mutatũ uel additũ.Postremo ĩ decimo statuto respondente decimo fratrum articulo.ibi. Cõmendat autem apostolus.&c.statuit ut fratres teneãt silentiũ exẽplo.s. suorum p̃decessorum:de q̃bus habes supra li.iii.capi.v. Et determinat tẽpus.s.ab hora uespertina usq; ad horã tertiã seq̃ñtis diei.Silẽnũ similiter suaserat ioãnes supra.li.i.ca.v.Hoc aũt decimũ statutũ ĩ prima sui pte fuit postea correctum & aliter formatum:sicut dicetur in.vi.capitulo huius libri scilicet Item in decimo. Vltimo ibi.Tu autẽ fr̃ brocarde.&c.redit ad declarandum primũ statu

cum ut illic finiat ubi incepat. Præcepit ergo priori ne de suscepto prioratu superbiat: sed magis humilietur sicut christus mandat. Quam anté humilitatem se debeat superior ĩ se & cum subditis gerere: ostenditur supra libro primo capitulo octauo. Et habet exemplum in helya supra libro secundo capitulo secundo. Præcepit etiam fratribus ut humiliter eoꝝ priorem honorent: ne eum contẽpnendo spernant christum: sed de obedientia mereantur uitæ æternæ præmium. Quam autem reuerenter debeant subditi præpositũ eoꝝ honorare eiq; obedire: exemplum habent in priscis patribus eoꝝ supra libro quarto capitulo tertio & octauo.

¶ Capitulum quintum ꝙ regula huius religionis fuit per Honorium prophetam tertium approbata: & per Gregorium nonum & Innocentium quartum summos pontifices confirmata.
¶ Magister Sibertus debebe in tractu de consideratis super carmelitarum regula.

CVm ergo professores huius religiõis præfatã uitæ regulam a dño alberto patriarcha hierosolymitano tempore Innocẽtii papæ tertii. Anno domini. m. cxcix. suscepissent: contingit processu temporis dictum Innocentium papam tertium celebrare romæ generale concilium. Anno domini. m. ccxv. in ecclesia saluatoris quæ constantiniana uocabatur. In quo consilio dictus papa ne nimia religionum diuersitas grauem ĩ ecclesiæ dei cõfusionem induceret: firmiter prohibuit ne quis de cætero nouam religionem inueniret: sed quicunq; ad religionem conuerti uellet: unam de approbatis assumeret: & qui domum religiosam de nouo fundare uellet regulam & institutionem de approbatis acciperet. Ea propter quidam prælati terræ sanctæ ĩ qua mons carmeli dinoscitur existere: ceperunt ex tunc fratres nostræ religionis ita infestare: acsi contra prohibitionem dicti generalis concilii nouam religionem inuenissent uel regulam approbatam non haberent. Fratres autem prædicti super his ad dominum Radulphum patriarcham hierosolymitanum tunc recurrerũt qui & ipse præ mortuo eius prædecessore alberto interfuerat dicto generali consilio. Hic patriarcha radulphus lecta huius religionis antiquissima institutione: & uisa autentica regula alberti patriarchæ edita & fratribus tradita: longe ante dictum concilium generale compescuit prædictos prælatos a dictoꝝ fratrũ infestatione. Ad maius autem robur præstandum dictæ regulæ consoluit ipse fratribus ut eam peterent a sede apostolica approbari. Iccirco prædicti fratres successori dicti domini innocentii scilicet Honorio papæ tertio dictam regulam ostendentes: humiliter supplicauerũt sibi ut eã approbaret. Quam dictus Honorius papa tertius. Anno domini. m. ccxxv. approbauit tertio chalendas Februarii: ut eam obseruarent: fratribus in remissionem peccatorum iniunxit: de rea ta scribens eis.

¶ Honorius papa tertius in registro decumani sui pontificatus.

¶ Dilectis filiis priori & fratribus heremi de monte carmeli salutem & apostolicam benedictionem. Vt normam uiuendi regulariter a bonæ memoriæ hierosolymitano patriarcha editã quã ante generale concilium uos dicitis humiliter suscepisse: ĩposterum uos & successores uestri quãtũ cum dei adiutorio poteritis: obseruetis in remissionem uobis iniungimus peccatorum.

¶ Magister Sibertus ubi supra.

¶ Occasione autem horum uerborum quibus Honorius papa tertius approbatione dictæ regulæ loquens fratribus de ea dixit: quam ante generale consilium uos dicitis humiliter suscepisse insultabant quidam prælati dicentes: assertionem fratrum affirmantium se suscepisse dictam regulam ante prædictum concilium generale gestandum non esse nisi fratres legittimis documentis eam probarent. Intendebant quoq; dicti prælati fratribus cõtra formam dictæ regulæ priorem absq; assensu fratrum uel maioris & sanioris patris ipsoꝝ instituere: fingentes dictam regulam approbatam non esse. Fratres antẽ coram summo pontifice. Gregorio nono probauerunt manifeste per registrum sextidecimi anni pontificatus innocentii papæ tertii: ꝙ dictus papa Innocentius in prædicto sextodecimo anno scripsit alberto patriarchæ hierosolymitano ut cum nunciis apostolicis destinaret quosdam uiros prouidos & fideles ad soldanum damasci & babylonæ: & ꝙ si absq; grandi dispendio terræ sanctæ posset fieri: satageret præuenire præfixum annum ad celebrandum dictum generale capitulum siue concilium: ducens secum aliquos uiros in consilio prouidos & in commisso fideles. Albertus uero patriarcha prædictus: morte præuentus non potuit interesse dicto generali concilo: Quod consilium sicut legitur in registro decimi octaui anni pontificatus dicti Innocentii Papæ tertii fuit postea

celebratū. Anno domini. M.ccxv. pōtificatus scilicet dicti Innocētii āno decimo octauo. In quo consilio interfuit Radulphus pñarcha hierosolymitanus sicut in eodem registro legitur ubi agitur de annotatione prælato℞ qui dicto consilio interfuerunt. Ex eo ergo ꝙ Albertus tpe di cti generalis consilii non erat sed prius fuerat patriarcha hierosolymitanus: & ex eo ꝙ ipse existens patriarcha hierosolymitanus dederat carmelitis dictā regulam probabatur manifeste ꝙ carmelitæ ante dictū generale cōsiliū susceperant eā. Quapp summo pontifici Gregorio nono humiliter supplicabant ut dictam regulam tanq̄ a sede apostolica approbatam confirmaret: & ut inhiberet ne quis præsumeret priorem eis instituere absq̧ fratrum uel maioris & sanioris partis ipsorum. Cum etiā i q̄rto dictæ regulæ statuto scribebat. Nullus fratrum dicat sibi aliqd esse proprium sed sint uobis oīa comunia: fuit ex hiis uerbis inter fratres monasterii mōtis carmeli altercatio orta sup possessiones domus redditus & loca quæ ex hiis pro sustentatione uitæ eo℞ a christi fidelibus ex deuotione offerebantur. Quidā enim fratrum considerantes ꝙ & si nulli eorū liceat habere aliqd propriū: quia tñ dicta regula concedit eis habere in cōi: putabāt per hoc eis esse licitum habere in cōi possessiones & cætera prædicta. Alii aūt fratrum attenta institutione huius religionis & considerata exemplari uita fundato℞ & antiquo℞ patrum huius professionis qui in monte carmeli & in aliis heremis uixerunt abdicatis possessionibus & rebus facultatibus terrenis: dicebant non licere fratribus habere huiusmodi loca redditus domos & possessiones: sed neq̧ capra℞ uel ouium greges aut alia animalia officio orādi apta. Nec hiis obstat ꝙ regula concedit fratribus habere in comuni: quia licet etiam apostolis & credentium multitudini in primitiua ecclesia concederet habere in comuni nam erant eis omnia comunia nihilominus tñ ipsi possessiones nō admittebāt. Quotquot enim erāt possessores agrorū aut domo℞ uendentes afferebant præcia uendito℞ & ponebāt ante pedes apostolo℞. Diuidebant autem singulis prout cuiq̧ opus erat: ut scribitur in libro actuum apostolorum capitulo secundo & quarto. Quapp dicto summo pontifici gregorio nono fratres humiliter supplicabāt ut hanc eo℞ altercationē fine debito terminaret. Papa itaq̧ gregorius nonus auditis prædictis fratrum rationibus: primo fratrum altercationi debitū finē iposuit. Secundo ne quis absq̧ fratrū uel maioris & sanioris partis ipso℞ præsumeret eis priorē instituere ꝓhibuit. Tertio dictam regulam tāq̄ a sede apostolica approbatā confirmauit. Anno domini. m.cc. de perusio scribens eis. viii. idus aprilis. 1229

¶ Gregorius papa nonus in registro tertii anni sui pontificatus.

¶ Dilectis filiis Priori & fratribus heremi montis carmeli salutem & apostolicam benedictionem. Ex officii nři debita circūspectione tenemus sollicitam adhibere cautelam uehū qui ascēdentes in montem orate cum dño pedes suos lauerunt: iterum eos coinquinent a contemplatione specula descendēdo: & ne resumendo terrenas facultates abiectas quasi quædā idumēta corporis habebāt unde teneātur ad casum cū spiritualibus nequiciis pugnaturi. Huic est ꝙ cū loris pedibus speculā dñi ascēditis uacaturi contēplatiōibus celestiū & assumpseritis contra spiritus malignos luctamen terrenis oībus abdicatis: nos uestro profectui aspirantes & uolentes uobis coinquinandi pedes iterum & succūbendi materiam āputare: auctoritate præsentiū districtius inhibemus ne in ꝓprietatē de cætero heremi uestræ loca uel possessiones seu domos aut redditus alios recipiatis nullo modo uel præsumatis habere præter asinos masculos & aliquod aīalium seu uolatiliū nutrimētū. Quieti quoq̧ uestræ prouidentes & paci adicimus: ut nullus in eadē heremo priorem instituere absq̧ fratrum uel maioris & sanioris partis ipsorum assensu præsumat. Ad hæc et regulā approbatā a bono memoriæ honorio papa prædecessore nřo & ab eo nobis traditam in remissionem peccato℞ obseruandā: auctoritate apostolica cōfirmamus: & in eodem loco perpetuis temporibus præcepimus obseruari.

¶ Magister sibertus ubi supra.

¶ Postea etiam Innocentius papa quartus. Anno domini. m.cc.xlv. dictam regulam cofirmauit: sexto idus iunii sub eadem uerborum forma qua gregorius nonus eam confirmauerat sicut legitur in registro secundi anni pontificatus dicti innocencii papæ quarti.

¶ Capitulum. vi. Cur & ī quibus clausulis dicta regula fuit auctoritate sedis apostolicæ per fratrem hugonem præsbyterum cardinalem & fratrem Guillielmum episcopum anteradensem declarata aut correcta seu mitigata.

Voniã aũt in futuroꝝ euentibus sicut interdũ fallibiliter quãtũlibet attẽta humãi iudicii consideratio ut id quod ipsa ꝓfuturũ iudicat:cõsequenter superueniens experientia nociuũ ostẽdat:ideo non est reprehẽsibile si quod prius consulte statutũ fuit postmodum ex inspectatione snioꝝ iudicii consultius retractef ꝑsertim quando obesse experitur potiusq̃ prodesse si nõ declaref aut corrigatur uel mitigef. Cum ergo ꝓfessores huius religionis regulam uiuẽdi a dño alberto patriatcha hierosolymitano accepissẽt: cõsequens & diuturna experientia eos docuit quedã in dicta regula statuta esse ita dubia ꝙ oportebat ea declarari seu corrigi:quædam uero esse ita grauia ꝙ expediebat illa mitigari. Iccirco duos prouidos ex fratribus suis.s.reginaldũ & petrũ ꝓ ꝑdictis statutis declarandis.corrigendis:& mitigãdis ad sedem aplicã miserunt. Qui dño Innocẽtio papæ q̃rto hũ:liter supplicauerũt ut dictæ regulæ dubia declaraf ac corrigef & grauia eius mitigaf misericorditer dignaref. Dictus aũt Innocẽtius q̃rtus eoꝝ deuotis supplicatõibus amẽs hãc d̃clarationẽ correctõem:& mitigationẽ uice eius faciendã cõmisit fratri hugõi tituli sanctæ sabinæ præsbytero cardĩali:& fratri Guillielmo episcopo an'eradẽsi. Et isti duo dñi in sacra theologia magistri prædictam regulam Anno dñi m.cc.xlviii. auctoritate apostolica declarauerunt correxerunt & mitigauerunt prout sequitur. Nam in primo regulæ statuto ubi dr̃. Et promissam studeat operis ueritate seruare:dicti cõmissarii declarando ĩmediate addiderũt cũ castitate & abdicatiõe proprietatis. Quæ uerba fuerũt ideo per eos regulæ addita:quia licet alibi in regula ꝑcipiaf fratribus castitas ubi dr̃ Accingẽdi sunt lumbi cingulo castitatis:& alibi ẽt in ea prohibeaf cuilibet fratri habere propriũ ubi dicif. Nullus fratrum dicat sibi aliquid esse propriũ:oĩs tñ professio regularis astringit suos professores prĩcipaliter ad hæc tria.s.ad obediẽtiã castitatẽ & proprietatis abdicationẽ:quæ sunt de substantia ꝓfessionis:ideo uisum fuit dictis comissariis esse equum ut ubi in regula fit mentio de obedientia priori committenda siue promittenda:ibidem etiam de cæteris duobus fiat mentio: scilicet de seruanda castitate cum proprietatis abdicatione. ¶ Item quidã ecclesiarum prælati renuebant fratres huius religionis admittere ad habitãdum in eorum diocesibus. Dicebant enim ꝙ cũ albertus pfiarcha dictam regulam solum fratribus heremitis morantibus in monte carmeli scripsisset & tradidisset:non licebat dictis fratribus secundum eorum regulam habitare alibi q̃ in monte carmeli. Alii aũt ex prælatis q̃uis in eoꝝ diocesibus admitterent fratres ad habitandũ:tamen non sinebãt illos extra heremos in uillis uel ciuitatibus loca habere. Nam dicebant ꝙ cum fratres essent heremitæ: nõ debebant nisi in heremis habitare. Fratres aũt prædicti per institutionẽ huius religionis ostenderunt dictis cõmissariis ꝙ ab ãtiquo.s.a tempore ꝓphetæ heliæ & cæteroꝝ patrũ legis ueteris licuit ꝓfessoribus huius ordinis habitare extra mõtẽ carmeli & in aliis heremis & ciuitatibus ac uillis. Propterea dicti cõmissarii post uerba illa prio regulæ statuto addita cum castitate & abdicatitine ꝓprietatis: ĩmediate declarando ulterius addiderunt. Loca aũt habere poteritis in heremis uel ubi uobis donata fuerint ad uestræ religionis obseruantiam apta & comoda secundũ ꝙ priori & fratribus uidebitur expedire. Quæ clausula ideo fuit per dictos cõmissarios regulæ addita:ut per regulã mãifeste appareat ꝙ fratribus huius ordinis liceat loca extra montem carmeli habere ac in aliis heremis & in ciuitatibus uel uillis habitare. ¶ Item licet quilibet fratrum anteq̃ in monasterio includerẽtur differret ad suã cellulam uictũ sibi necessarium ut ibi singulariter uiueret:postq̃ tñ fuerũt in monasterio ĩclusi: uictus secũdum regulã distribuebaf unicuiq; per manus prioris uel per hominen ab eo ad hoc officium deputatum. Cui erat graue discurrere per cellulas singuloꝝ separatas. Fratribus etiam erat graue pulmenta ex mora titulis discursus effecta frigida sumere. Ideo propter hæc & alia inconueniẽtia quæ inde sequebantur fuit per dictos commissarios de regula totaliter deleta sequẽs clausula in quarto regulæ statuto posita quæ dicebat. Ita tamen ut sicut præmissum est in deputatis cellulis singuli maneant:& ex hiis quæ sibi distributa fuerũt singulariter uiuant. Et quia antiqui huius religionis professores filii prophetarum dũ conuentum faciebãt: refectionem comuniter sumebãt:ideo loco dictæ clausulæ de dicto quarto statuto deletæ:prædicti cõmissarii in secundo statuto regulæ ubi dr̃. Eedẽ cellulæ cuiq; fuerĩt & assignatæ:mitigando immediate addiderunt. Ita tñ ut in communi refectorio ea q̂ uobis erogata fuerint cõiter aliq̃ lectionem sacræ scripturæ audiẽdo ubi comode fieri poterit obseruari sumatis. Item in tertio regulæ statuto sicut in principio scribebatur Hii qui litteras norunt & legere psalmos per singulas horas eos dicant qui ex institutione sanctorum patrum & ecclesiæ approbata consuetudine ad horas singulas sunt deputati. Hæc autẽ dicta clausula fuit de regula per dictos cõmissarios

ideo deleta:quia generabat fratribus dubiũ an ipsi tenerentur ad alias horas canonicas præterq̃ ad psalmos dicendos.Loco autem dictæ clausulæ fuit in regula per dictos cõmissarios corrigendo & declarando sic scriptum.Hii qui horas canonicas cum clericis dicere norunt eas dicant secundum consuetudinem sanctorũ patrum & ecclesiæ approbatã consuetudinẽ . Item in quarto regulæ statuto inter cætera sic scribebatur.Et ex his quæ dominus uobis dederit: distribuatur unicuiq; per manum prioris:idest per hominem ab eo ad idem officium deputatum. Hæc autẽ dicta clausula generabat fratribus dubium an ista solum unicuiq; essent eorũ per manum prioris distribuenda ea quæ dominus eis daret ꝙ non illa quæ ipsi ex opere licito uel aliter iuste acquirerent.Graue quoq; erat fratribus ꝙ homo a religione eorum extrãeus posset a priore deputari distributor bonorum religionis:quia per hoc poterãt dicta bona defraudari facilius q̃ si frater aliquis deputaretur ad distribuendum illa.Ideo dicta clausula fuit de regula per dictos commissarios deleta:& prædictum quartum regulæ statutum fuit per eos declarando corrigendo sic formatum.Nullus fratrum dicat sibi aliquid esse proprium sed sint uobis omnia communia:& distribuentur unicuiq; per manũ prioris idest per fratrẽ ab eo ad idem officium deputatũ ꝓut cuiq; opus erit inspectis ætatibus & necessitatibus singulorꝝ.Item post uerba illa quarti statuti inspectis ætatibus & necessitatibus singulorꝝ dicti cõmissarii immediate declarando ulterius addiderunt.Asinos autem sine mulos prout uestra expostulauerit necessitas uobis habere liceat:& aliquod animalium siue uolatilium nutrimentum . Quæ clausula fuit per dictos commissarios ideo regulæ addita:quia licet dudum inter fratres fuisset dubitatũ an habere prædicta esset eis licitum:necessitas tñ urgebat eos habere mulos uel asinos pro lignis atq; cibis & cæteris uictui fratrum necessariis portandis ad monasteria in monte carmeli & alibi sita & a uilla remota.Nutrimentũ uero animaliũ & uolatilium erat fratribus expediens ad uitam pro ouis & lacticiniis inde sumendis:quibus uesci non est fratribus prohibitum.Item in septimo regulæ statuto inter cætera sic scribebatur.Ab esu carnium semper abstineatis nisi pro infirmitatis aut nimiæ debilitatis remedio sint sumendæ.Hæc autẽ prædicta clausula erat a fratribus grauis ut semper ab esu carnium nisi in casu infirmitatis & nimiæ debilitatis abstinerent:& ideo petebant hanc dictam clausulam de regula totaliter deleri:quia. ex primaria institutione eorum non erat eis prohibitũ immo concessum carnibus uesci:quibus fundator huius religionis helyas postq̃ eam instituerat usus est uel fuit.Dicti uero cõmissarii attenderunt ꝙ licet antiquis professoribus huius religionis esset concessum carnibus uesci tempore legis ueteris:quando & phase erat ab eis obseruandũ ipsis tamen tunc fuit ꝓhibitũ uino uti quod albertus in regula modernis fratribus ideo nõ prohibuit:quia de eo conficitur altaris sacramentũ quod est a fratribus sumendũ & frequentandũ. Considerantes ergo cõmissarii ꝙ tempore nouæ legis suadetur monachis abstinere potius a carnibus q̃ a uino:noluerunt fratribus interdicere poenitus esum carnium:nec eis prohibuerunt uini usum quo apostolus suum concessit uti discipulum.Sed quia fratres proponebant ꝙ difficile erat nimiam debilitatem discernere in fratre anteq̃ esus carnium sibi cõcederetur:& ꝙ aliqui fratres interdũ fuerant præuenti de nonnullis debilibus qui decesserant quia esus carnium nõ fuerat eis concessus quos fratres non putabant adhuc deuenisse in nimiam debilitatem : ideo dicti cõmissarii prædictam clausulam de regula deleuerunt:& mitigando eam aliter formauerunt ipsam sic. Ab esu carnium abstineatis nisi pro infirmitatis uel debilitatis remedio sumantur. Uerũ quia fratres ad hæc instabant ꝙ propter ingruentes necessitates oportebat aliquos eorum interdum de domibus eorum exire:& propter penuriã in itinere mendicare:quos cum difficultate hospites colligebant:quia illis se in cibis non conformabant:& nihilominus oportebat eos aliquando mare transire ubi propter ciborum penuriam & occurrentia pericula erat graue a carnibus abstinere.Ideo dicti cõmissarii post uerba illa:nisi pro infirmitatis uel debilitatis remedio sumantur:immediate mitigando addiderunt.Et quia uos oportet frequentius mendicare itinerãtes:ne sitis hospitibus onerosi:extra domos uestras sumere poteritis pulmenta cocta cum carnibus:sed & carnibus supra mare uesci licebit.Item in decimo regulæ statuto inter cætera sic scribebatur:Ideoq; statuimus ut ab hora uespertina usq; ad horam tertiam sequẽtis diei silentiũ teneatis:nisi forte necessitas uel causa ratiõabilis aut licẽtia prioris silẽtiũ iterrũpat.Hæc aũt dicta clausula ideo erat fratribus grauis : quia ab ortu diei usq; ad horam tertiam:& ab hora uespertina usque ad occasum:occurrebant frequenter multa fratribus utilia:quæ bono modo non poterant cũ silentio expediri:præsertim ea quæ ad eruditionem fratrum pertinebant . Cum etiam in illis interuallis quandoq; interrumperetur silẽtium:uertebatur in dubium qualis esset necessitas aut

causa rationabilis interrumpendi illud:& super hoc adinuicem interdum dissenciebantur. Ideo dicta clausula fuit per eos aliter sic formata.Ideoq; statuimus ut dicto completorio silentium teneatis usq; ad primam dictam sequentis diei. Cætera autem omnia compræhensa in regula prædicta remanserunt per dictos commissarios intacta.Quam ipsi ut præmittitur declaratam: correctam & mitigatam ac sigillis eorum sigillatam:miserunt priori generali & capitulo generali nostræ religionis:ut fratres eam firmiter obseruarent:& instar eiusdē alias regulas eoꝝ corrigerent.

¶ Capitulũ.vii.in quo in sua forma ponitur regula sicut fuit per dictos dominos declarata:correcta:& mitigata.Ex registro quinti anni sui pōtificatus Innocētii papæ quarti.

FRater hugo miseratiōe diuina tituli sanctæ sabinæ præsbyter cardinalis:& frater Guilelmus eadem miseratione anteradensis episcopus carissimis in christo filiis uiris religiosis ordinis fratrum beatæ Mariæ de monte carmeli salutem in omni salutari. Accedentes ad apostolicam sedem fratres clerici reginaldus & petrus ordinis uestri ex parte uestra a domino papa humiliter postularunt ut quædam quæ in priuilegio uestro & regula olim uobis a fœlicis memoriæ alberto patriarcha hierosolymitano tradita continenter dubia declarare & corrigere & etiam quædam grauia mitigare misericorditer dignaretur. Cum ergo dominus papa eorum deuotis supplicationibus annuendo nobis commiserit ut declarationem correctionem ac mitigationem huiusmodi faceremus uice ipsius secundum ꝙ bono statui ordinis & fratrũ saluti expediens uideremus:religioni uestræ qua fungimur auctoritate mandamus quatenus regulam a uobis correctam declaratam ac mitigatam prout expedire uidimus deuote recipientes:eam firmiter obseruetis:& instar eiusdem uestras alias regulas corrigatis:quam uobis per eosdem fratres sub sigillis nostris mittimus in hac forma regula. Albertus dei gratia hierosolymitanæ ecclesiæ uocatus patriarcha:dilectis in christo filiis brocardo & cæteris heremitis qui sub eius obedientia iuxta fontem in monte carmeli morantur in domino salutem:& sancti spiritus benedictionem. Multiphariæ multisq; modis sancti patres instituerũt:qualiter quisq; in quocunq; ordine fuerit uel quemcunq; modum religiosæ uitæ elegerit:in obsequio iesu christi uiuere debeat:& eidem fideliter de corde puro & bona conscientia deseruire. Verum quia requiritis a nobis ut iuxta propositum uestrum tradamus uobis uitæ formulam quam tenere in posterum debeatis.Illud in primis statuimus ut unum ex uobis habeatis priorem : qui ex unanimi omniũ assensu uel maioris & sanioris partis ad hoc officium eligatur:cui obedientiam promittat quilibet aliorum:& promissam studeat operis ueritate seruare cum castitate & abdicatione proprietatis. Loca autem habere poteritis in heremis:uel ubi uobis donata fuerint ad uestræ religiōis obseruantiam apta & comoda secundum ꝙ priori & fratribus uidebitur expedire. Præterea iuxta situm loci quem inhabitare proposueritis singuli uestrum singulas habeant cellulas separatas sicut per dispositionem prioris ipsius & de assensu aliorum fratrum uel sanioris partis æedem cellulæ cuiq; fuerint assignatæ Ita tamen ꝙ in comuni refectorio ea quæ uobis erogata fuerint communiter aliq̃ lectionem sacræ scripturæ audiendo ubi comode poterit obseruari sumatis:Cellula prioris sit iuxta introitum loci:ut uenientibus ad eundem locum primus occurrat: & de arbitrio ac dispositione ipsius postmodum quæ agenda sunt:cuncta procedant. Maneant singuli in cellulis suis uel iuxta eas die ac nocte in lege domini meditantes:& in orationibus uigilantes:nisi aliis iustis occasionibus occupentur. Hii qui horas canonicas cum clericis dicere norunt:eas dicant secundum constitutionem sanctorom patrum:& ecclesiæ approbatam consuetudinem. Qui uero litteras non nouerunt:uiginti quinq; uicibus Pater noster dicant in nocturnis uigilus exceptis dominicis & solemnibus diebus in quorum uigiliis prædictum numerum statuimus duplicari: ut dicatur Pater noster uicibus quīquaginta. Septies autem eadem dicatur oratio ĩ laudibus matutinis. In aliis quoq; horis septies similiter eadem singillatim dicatur oratio præter officia uespertina:in quibus ipsam quindecies dicere debeatis. Nullus fratrum dicat sibi aliquid esse propriũ sed sint uobis omnia comunia:& distribuatur unicuiq; per manum prioris idest per fratrem ab eo ad idem officium deputatum prout cuiq; opus erit:inspectis ætatibus & necessitatibus singulorum. Asinos autem siue mulos prout uestra expostulauerit necessitas uobis habere liceat:& aliquod animalium seu uolatilium nutrimentum. Oratorium prout comodius fieri poterit : construatur in medio cellularum:ubi mane per singulos dies ad audienda missarum solēnia conuenire debeatis:ubi hoc comode fieri poterit. Dominicis quoq; diebus uel aliis ubi opus fuerit de

custodia ordinis & animarum salute tractetis: ubi etiam excessus & culpæ fratrum si quæ in aliquo deprehensæ fuerint: caritate media corrigantur. Ieiunium singulis diebus exceptis dominicis obseruetis a festo exaltationis sanctæ crucis usq; ad diem dominicæ resurrectionis nisi infirmitas uel debilitas corporis aut alia iusta causa ieiunium solui suadeat: quia necessitas nō habet legem. Ab esu carnium abstineatis nisi pro infirmitatis uel debilitatis remedio sumantur. Et quia uos oportet frequentius mendicare itinerantes: ne sitis hospitibus onerosi extra domos uestras sumere poteritis pulméta cocta cū carnibus; sed & carnibus supra mare uesci licebit. Quia uero: temptatio est uita hominis super terram & omnes qui pie uolunt uiuere in christo persecutionem patiuntur Aduersarius quoq; uester diabolus tanq̃ leo rugiens circuit querens quem deuoret: omni sollicitudine studeatis indui armatura dei ut possitis stare aduersus insidias inimici. Accingendi sunt lumbi uestri cingulo castitatis: muniendum est pectus cogitationibus sanctis: sicut scriptum est. Cogitatio sancta seruabit te. Induenda est lorica iustitiæ: ut dominum deum uestrum ex toto corde & ex tota anima & ex tota uirtute diligatis: & proximum uestrum tanq̃ uosipsos. Sumendum est in omnibus scutum fidei: in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. sine fide enim impossibile est placere deo: & hæc est uictoria fides uestra. Galea quoq; salutis capiti imponenda est ut de solo saluatore speretis salutem: qui saluum facit populum suū a peccatis eorum. Gladius autem spiritus quod est uerbum dei habundanter habitet in ore & in cordibus uestris: & quæcunq; a uobis agenda sunt: in uerbo domini fiant. Faciendum est uobis aliquod operis ut semper uos diabolus inueniat occupatos: ne ex ociositate uestra aliquem intrādi aditum ad animas uestras ualeat inuenire. Habetis in hoc beati pauli apostoli magisterium pariter & exemplum: in cuius ore christus loquebatur qui positus est & datus a deo prædicator & doctor gentium in fide & ueritate: quem si secuti fueritis non poteritis aberrare. In labore inquit & fatigatione fuimus inter uos nocte ac die operantes ne quem uestrum grauaremus: non quasi nos non haberemus potestatem: sed ut nosmetipsos formam daremus uobis ad imitādum nos. Nam cum essemus apud uos: hoc denunciabamus uobis: quoniam siquis non uult operari non manducet. Audiuimus enim inter uos quosdam ambulantes inquiete nihil operantes. Hiis autē qui huiusmodi sunt: denunciamus & obsecramus in domino iesu christo ut cum silentio operantes panem suum manducent. Hæc uia sancta & bona: ambulate in ea. Comendat autē apostolus silentium cum in eo precipit operandum quemadmodum propheta testatur Cultus iustitiæ silētium est. Et rursus. In silentio & spe erit fortitudo uestra. Ideoq; statuimus ut dicto completorio silentium teneatis usq; ad primam dictam sequentis diei. Alio uero tempore licet silentii non habeatur obseruatio tanta: diligentius tamen a multiloquio caueatur: quoniam sicut scriptum est & non minus experientia docet In multiloquio peccatum non deerit: & qui inconsideratus ē ad loquendum sentiet mala. Item qui multis uerbis utitur: ledit animā suam. Et dominus in euangelio. De omni uerbo ocioso qd̄ locuti fuerint homīes: reddēt rationē de eo in die iudicii. Faciat igitur unusquisq; stateram uerbis suis: & frenos rectos ori suo neforte labatur & cadat in lingua sua: & insanabilis sit casus eius ad mortem: custodiens cum propheta uias suas ut non delinquat in lingua sua: & silentium in quo cultus iustitiæ est: diligenter & caute studeatis obseruare: Tu autem frater brocarde & quicūq; post te institutus fuerit prior: illud semper habeatis in mēte & seruetis in opere quod dominus ait in euangelio: Quicunq; uoluerit inter uos maior fieri erit uester minister: & quicunq; uoluerit inter uos primus esse: erit uester seruus. Vos quoq; ceteri fratres priorem uestrum humiliter honorare: christum potius cogitātes q̃ ipsum: qui posuit illum super capita uestra: & ecclesiarum præpositis ait. Qui uos audit me audit: & qui uos spernit me spernit: & non ueniatis ad iudicium de contemptu: sed de obedientia mereamini uitæ æternæ mercedem. Hæc breuiter scripsimus uobis conuersationis uestræ formulam: statuentes secundum quam uiuere debeatis. Siquis autem supererogauerit: ipse dominus cum redierit: reddet ei: utatur tamen discretione quæ uirtutum est moderatrix. Actum lugduni Anno domini. M.cc.xlviii. domini papæ Innocentii quarti: anno quinto kalendis septembris.

¶ Capitulum. viii. q; ea quæ in dicta regula extiterunt declarata: correcta & mitigata: fuerūt per plures summos pontifices confirmata: & q; mox quo prior fuerit secundum regulam electus: potest fungi officio prioratus: nec oportet ut prius sit ab aliquo superiore confirmatus. Actor,

POstq̄ dicta regula in septimo huius libri capitulo posita fuit auctoritate apostolica p dominos hugonem tituli sanctæ sabinæ præsbyterum cardinalem: & Gulielmum episcopum anteradensem declarata correcta & mitigata atq; missa in sua forma sigillis eorum sigillata priori generali & capitulo generali nostri ordinis: considerauerunt ꝓfessores huius religionis q; expediebat ut per sedem apostolicam confirmarentur illa quæ in ea declarata correcta & mitigata fuerant. Ideo domino Innocentio papæ quarto humiliter supplicauerunt quatenus omnia prædicta confirmare dignaretur. Qui prædictæ regulæ declarationē correctionem & mitigationem Anno domini. M.cc.xlviii. confirmauit die prima mensis octobris de lugduno scribens eis.

¶ Innocentius papa quartus in registro quinti anni sui pontificatus.

¶ Dilectis filiis Priori & fratribus heremitis de monte carmeli salutem & apostolicam benedictionem. Quæ honorem conditoris omniū & profectum cōtinent animarum roboris præsidio sint fulcienda perpetui: sed illa præcipue super quibus apostolicæ sedis auctoritas salubris prouidentia studium noscitur habuisse. Cum itaq; nos ad uestræ supplicationis instantiam per dilectum filium nostrum hugonem tituli sanctæ sabinæ præsbyterum cardinalem & uenerabilem fratrem nostrum Gulielmum anteradensem episcopum quædam uestræ regulæ dubia declarari & corrigi ac etiam quædam ipsius grauia misericorditer fecerimus mitigari prout in litteris inde confectis plenius continetur: nos uestris piis desideriis annuentes: declarationem mitigationem & correctionem huiusmodi auctoritate apostolica confirmamus: & præsentis scripti patrocinio communimus. Actor. Postmodum successor immediatus innocentii Alexander papa quartus eandem regulæ declarationem correctionem & mitigationem fratribus confirmauit Anno domini. M.cc.lvi. die tertia mensis februarii de roma scribens eis.

¶ Alexander papa quartus in registro secundi anni pontificatus.

¶ Dilectis filiis Priori generali & fratribus ordinis heremitarum de mōte carmeli salutē & apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est & honestum: tam uigor equitatis q̄ ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officii uestri ad debitum perducatur effectū. Cum itaq; fœlicis recordationis Innocentius papa prædecessor noster ad uestri supplicationis instantiam per dilectum filium hugonem tituli sanctæ sabinæ præsbyterum cardinalem & uenerabilem fratrem nostrum Gulielmū anteradensem episcopum quædam regulæ uestræ dubia declarari ac corrigi ac quædam ipsius grauia misericorditer fecerit mitigari prout in litteris inde confectis plenius continetur. Nos uestris præcibus inclinati: declarationem correctionem ac mitigationem huiusmodi instar ipsius prædecessoris auctoritate apostolica cōfirmamus: & præsentis scripti patrocinio cōmunimus. Actor. Deinde Vrbanus papa quartus successor imediatus alexandri eandem regulam regulæ declarationem correctionem & mitigationem confirmauit Anno domini. M.cc.lxii. die secunda mensis maii: sub eadem uerborum forma qua Alexander papa eam confirmauerat sicut in registro primi anni pontificatus dicti urbani legitur. Similiter Nicolaus papa quartus eodem pœnitus modo dictam regulam confirmauit Anno domini. M.cc.lxxxix. die prima mensis iulii: sicut in registro secundi anni sui pontificatus legitur. Sub eadē omnino forma etiam confirmauit eam Bonifacius papa octauus Anno domini. M.cc.xcvi. die prima mensis iulii: sicut etiam legitur in registro secundi anni sui pontificatus. Cæterum ab illo tempore quo dicta regula fuerat fratribus huius ordinis per dominū albertū patriarcham hierosolymitanū tradita: fratres statim quo secundum formā dictæ regulæ elegerunt sibi nouiter aliquem in priorem: consueuerant ei tamq̄ priori eorū obedire. Et ipse electus: incipiebat officiū prioratus confestim exercere: & curam fratrū deinceps gerere: nulla alterius superioris petita nec expectata confirmatione electiōis suæ: quoniā in dicta regula mentio nulla fit de huiusmodi petenda uel exspectanda confirmatione. Super his tn̄ an ualerent fuit dubitationis scrupulus tempore Alexandri papæ quarti in conscientiis fratrū exortus. propter quod a dicto domino papa humiliter petierunt super præmissis de prouidentia sedis apostolicæ eis subueniri. Alexander autem papa prædictus ratum & firmum habens quicquid super præmissis actenus per fratres obseruatum fuerat: eisdem fratribus concessit anno domini. M.cc.lvi. die. xxiii. mensis februarii: ut etiam de cætero postq̄ prior fuerit secundū dictā regulā & cōstitutiōes ordinis electus: eoipso uerus eiusdem ordinis prior effectus: curā aiarum fratrū plene habeat & libere gerat: dictiq; fratres sibi tanq̄ uero eorum priori obediant & intendant de roma scribens eis.

¶ Alexander papa quartus in registro secundi anni sui pontificatus.

¶ Dilectis filiis Priori generali & fratribus heremitis ordinis fratrum beatæ Mariæ de Monte Carmeli: salutem & apostolicam benedictionem. Quia ex debito apostolici tenemur officii circa religionis augmentũ prompti & uigiles inueniri super his uestris uotis annuimus in quibus honoré uestri ordinis & animaꝝ ꝑfectũ contineri sentimus. Lecta siquidé corá nobis uestra petitio continebat ꝙ in regula uestri ordinis per sedé apostolicá cõfirmata dinoscitur esse statutũ ut fratres ipsius ordinis unum ex eis prioré habeant: qui ex unanimi omniũ assensu uel eoꝝ maioris & sanioris partis ad prioratus officiũ eligatur. Cui obedientiá promittat quilibet alioꝝ: & promissam studeat operis ueritate seruare cum castitate & abdicatiõe proprietatis. Ac etiam secundum constitutiones eiusdẽ ordinis prior ipsius qui pro tempore fuerit a prioratus officio absolui & ammoueri potest a diffinitoribus capituli generalis. Et licet tu fili prior & prædecessores tui iuxta ordinis consuetudiné conseruatá actenus & a sede tolleratá eadé: statim postq̃ electi secundũ statutũ huiusmodi extitistis: curam gessentis fratrũ ordinis memorati: officium prioratus plene ac libere in omnibus exercentes: eidemq; fratres uobis humiliter & deuote obedierint & intenderint reuerenter: quia tamé de præmissis nuper dubitationis scupulus in uestris & plurium dictoꝝ fratrũ conscientiis est exortus humiliter petistis uobis super hoc de prouidétia sedis apostolicæ subueniri. Nos itaq; uolentes omné ambiguitatis scrupulũ in hac parte de uestris cordibus amputare: & ordinem ipsum a sede approbatum: eadem honestate floridum & uirtute secundum priuilegio apostolicæ gratiæ attollere speciali: ac uestris supplicationibus inclinati quicquid super præmissis per te prior atq; prædecessores fratres & diffinitores factũ & obseruatum est actenus ratum habétes & firmum Vobis auctoritate præsentiũ indulgemus ut successores tui priores qui erunt pro tépore statim postq̃ electi fuerint secundũ regulam & constitutiones uestri ordinis: eo ipso ueri eiusdem ordinis effecti priores curam animarum fratrum ipsius ordinis plene habeant & libere gerant. Ipsosq; fratres auctoritate propria legare & soluere ualeát: nec non in eodem ordine agere quæ ipsi & præfati diffinitores iuxta memoratas regulam & constitutiones secundum quas eidem ordini & fratribus uiderint expedire: aliasq; prioratus officium licite in omnibus exercere. Iidéq; fratres priori & successoribus ipsis deuote & humiliter obediát & intendant. Et præfati successores & tu prior a diffinitoribus capituli generalis ipsius ordinis secundum constitutiones iam dicti ordinis absolui & ammoueri possitis. Concessa tibi prior tuisq; successoribus ante absolutionem & ammotionem huiusmodi exequendi prioratus officiũ quo ad præmissa omnia & alia nihilominus libera facultate.

¶ Explicit liber octauus de institutione & peculiaribus gestis religiosorum carmelitarum. Incipit præfacio in nonum librum. Actor.

Liber iste nonus agit totus de huius religionis multiplicatione facta in nouissimis diebus in syria: & qualiter religio ista fuit consequenter in europam transplantata: & de terra sancta eradicata. Habet autem hic liber capitula octo. ¶ Capitulum primum ꝙ post reductionem terræ sanctæ in christianoꝝ potestaté: plures uiri diuersarũ nationum fuerunt professi hanc religionem: quam multiplicauerunt in diuersis terræ sanctæ heremis extra montem carmeli. ¶ Capitulũ secundum: qualiter & qñ religio ista fuit in prouinciis syriæ multiplicata in plura monasteria. ¶ Capitulum tertium ꝙ deus præsciens hanc religioné de terra sancta eradicandam: prouidit eam transplantare in europam: ad quam misit aliquos huius religionis professores ut eam plantarẽt per diuersas europæ regiones. ¶ Capitulum quartum quo ordine dicti professores hanc religionem in europa plantauerunt: & per diuersas europæ regiones eam multiplicauerunt. ¶ Capitulum quintum ꝙ diabolus moltiplicationem huius religiõis nisus fuit impedire: & qualiter professores huius religionis studuerunt sibi resistere ¶ Capitulũ sextum ꝙ beatus lodouicus in terram sanctam peregre profectus fuit: & inde quosdam fratres huius religionis secum in franciam duxit: quibus in ciuitate sua parisius monasterium edificauit. ¶ Capitulum septimum ꝙ diabolus contra multiplicacionem huius religionis forcius bellum mouit: & qualiter hæc religio de ipso triumphauit. ¶ Capitulum octauum qualiter & quando religio ista fuit de terra sancta prorsus eradicata.

¶ Explicit præfacio. Incipit liber nonus de institutione & peculiaribus gestis religiosorum carmelitarum. Capitulum primum ꝙ post reductionem terræ sanctæ in christianorum potestatem

plures uiri diuersaꝝ nationũ fuerũt ꝓfessi hanc religionẽ quã multiplicauerũt in diuersis terræ
sanctæ heremus extra carmeli montẽ. Frater Gulielmus de sannieo heremita montis carmeli in
cronica de multiplicatione religionis carmelitarum per prouintias syriæ & europæ:& de perdi
tione monasteriorum terræ sanctæ.

Religiosi carmelitæ sicut in terra sancta sumpserunt exordiũ suæ reli
gionis: ita in sola illa patria dudum habitare cõsueuerunt tam in ur
bibus q̃ in heremis. Anno autẽ domini sexcẽtesimo tricesimo nono
quidã prophanus rex arabiæ noĩe homar discipulus perfidi macho
meti dominiũ terræ sanctæ a christianis abstulit:& eam potestati sa
racenoꝝ subiugauit. Quãobrem dicti religiosi ꝓpter graues mole
stias quas patiebant̃ a saracenis:cõpulsi fuerunt tunc mansiões quas
in urbibus habebãt dimittere:& solũ ĩ mõte carmeli:& in quibusdã
aliis terræ sanctæ solitudinibus residere. Post hæc aũt anno domini.
M.xcix. Godofredus de boylũ dux latoringiæ & exercitus christia
norũ crucæ signatus:ciuitatẽ hyerusalẽ de manibus infideliũ recu
perauerũt:& eã totãq; terrã sanctã infidelibus hominibus paulatim
exclusis ad dominiũ & potestatẽ christianoꝝ reduxerũt. Propter quod cœpit tunc cultus huius
religionis iterũ in terra sancta dilatari. A diuersis enim mũdi partibus multi deuoti christiani de
siderantes terrã illam uidere in qua dominus noster iesus christus fuit natus:cõuersatus: baptiza
tus:tẽptatus:trãsfiguratus:passus:mortuus:sepultus:resuscitatus: in cœlũ assumptus: accedebant
ad eam lustrantes tunc secure nõ solũ loca sancta in quibus sancti patres ueteris testamẽti magni
fica egerũt:sed præcipue illa in quibus christus iesus sacram redẽptionẽ generis humãi adimple
uit. Hos itaq; deuotos diuersaꝝ nationũ aduenas sancta cõuersatio:& habundãs iustitia illorum
religiosorũ mõtis carmeli ita edificabat & ad cõtemplationẽ cœlestiũ trahebat: ut multi ex ipsis
aduenis intuentes dictos religiosos in pulchritudine pacis internæ:& in mẽtis requie uirtutibus
opulenta in antris carmeli mõtis residere se fœlices putarẽt cũ per deuotionẽ relictis mũdi oble
ctamẽtis poterãt eoꝝ cõsortio aggregari. Qui cũ ita multiplicati fuissent ut ĩ mõte carmeli om
nes comode recipi nõ possent:repleuerũt desertas terræ sanctæ solitudines in quibus ꝑdecesso
res eoꝝ antiquitus habitauerãt: quaꝝ famosiores hic cõmemorabo. Aliqui enim eoꝝ sequentes
uestigia sanctorũ patrũ huius religionis uidelicet beati ioannis baptistæ & filiorũ ꝓphetarũ con
struentes sibi modica tabernacula in solitudine iordanis latuerũt. Quidã autẽ ipsoꝝ in deserto
montis quarentenæ elegerũt: ut illic uitã solitariã in modicis cellulis dño ducerẽt ꝓpe fontẽ cu
ius aquas steriles & amaras helyseus ꝓpheta sanauit:& in quo deserto dñs iesus christus quadra
ginta diebus & quadraginta noctibus ieiunauit. Alii uero eoꝝ in heremo illa quæ adiacet mari
galileæ: in qua iesus frequẽter turbis ꝑdicauit:& ex quinq; panibus ordeaceis duobusq; piscibus
multitudinẽ magnã hoĩm saturauit: & uariis miraculoꝝ signis illustrauit solitariã sibi elegerũt
habitationem. Nõnullos quoq; eoꝝ duxit Aymericus patriarcha anthiochenus in solitudinem
montis neroi q̃ alio nomine montana nigra appellatur: ubi in antris absconsam uitam domino
seruabant. Qui omnes q̃uis essent locis se iuncti: eandem tamen uitam solitariam seruare satage
bant: quam seruabant: heremitæ montis carmeli.

¶ Capitulũ scd̃m q̃liter & q̃n religio ista fuit ĩ prouĩciis syriæ multiplicata ĩ ꝓlura mõasteria.

TEmpore aũt ꝓcedẽte cũ dicti religiosi a dño alberto patriarcha hierosolymitão regu
lã uiuẽdi mõasticæ suscepissent: dictus patriarcha Albertus anno dñi. M.c.xcix. in mõ
te carmeli ꝓpe fontẽ helyæ ꝓphetæ mõasteriũ eis edificauit scd̃m formã figuræ in di
cta regula descriptæ. Propter qd̃ ex tũc iuuãte magnificẽtia uiroꝝ nobiliũ & largitate
hoĩum fideliũ cœperũt dicti religiosi ĩ diuersis heremis:& urbibus syriæ mõasteria suæ religiõis
sibi cõstruere apta & comoda ad uitã solitariã in eis obseruãdã scd̃m memoratã regulã. Quippe
in ꝓuĩcia syriæ quæ appellat̃ fenix a mõte carmeli ꝓcedẽdo uersus mũdi aqlonarẽ ad q̃tuor mi
liaria ẽ accon ciuitas magna supra mare sita: quæ alio noĩe in sacra scriptura uocat̃ tholomayda:
in q̃ dicti religiosi edificauerũt & habuerũt mõasteriũ suæ religiõis. De tholomayda uero ꝓcedẽ
do ulterius ad decẽ leucas ẽ tyrus ciuitas mũitissima in corde maris sita: cuius exterior planicies

rigatur riuis pcedentibus ex puteo aquarum uiuentiũ:cuius meminit salomon in canticis cãticorũ qui nec per leucã distat a tyro.In hac ciuitate edificauerũt etiã dicti fratres & habuerũt monasteriũ suæ religiõis.Porro de tyro pcedendo ulterius ad quinq; leucas est sarepta sydoniorũ supra mare sita ciuitas quondã gloriosa:nũc autẽ uix habet octo domos.Ante cuius portã australẽ fratres huius religiõis olim edificauerũt capellã quãdã ad honorẽ uirginis mariæ:quæ adhuc extat in eodẽ loco ĩ quo helyas obuiauit mulieri uiduæ:apud quã in sarepta mãsit:& cuius filiũ ionã a mortuis resuscitauit. Vlterius autẽ pcedẽdo de sarepta ad.xxvi.leucas est tripolis ciuitas nobilis in corde maris sita:cuius planities rigata ẽ flumine pcedẽte de fonte ortorũ:cuius etiã meminit salomon in cãticis cãticorũ.Est enim paradiso uoluptatis assimulata.Sed de tripoli pcedẽdo ulterius quasi cõtra orientẽ ad tres leucas occurrit mons libani:in cuius pede ibidẽ orit̃ habũdanter fons ortorũ fluens ĩpetu de lybano.Ex quo fonte subito nascit̃ inualescẽs flumẽ magnũ:quo rigantur orti & tota plãicies ciuitatis tripolitãæ:cuius aquæ sunt limpidæ:dulces:frigidæ:& optimæ.Et ibi in solitudine ppe mõtẽ libani edificauerũt dicti fratres & habuerũt iuxta fontẽ ortorum mõasteriũ appellatũ belli loci:ppter pulcritudinẽ dicti loci.Prædicta autẽ oĩa mõasteria fuerũt edificata in puintia syriæ fœnicea.In puintia autẽ syriæ quæ cõmagena dicitur est antiochia ciuitas nobilis & gloriosa:distans a mõte carmeli p duodecim dietas uersus aquilonẽ:in qua pfessores huius religiõis edificauerũt solẽne mõasteriũ sui ordinis & habuerũt.In eadẽ quoq; puintia ab anthiochia pcedẽdo uersus aqlonẽ occurrit mons dictus neroi.i.aquosus:q est riuis & fontibus totus irriguus.Neros enim græce dicit̃ aqua latine . Sed quia uulgares neros interpretant̃ neyre.i.nigra:ideo dictus mons uulgariter appellat̃ montana nigra.In huius mõtis solitudine edificauerũt fratres nostri ordinis & habuerũt suæ religiõis mõasteriũ.Quoniã autẽ hæc prouintia cõmagena est extra terminos terræ sanctæ:ideo fratres nr̃i plura mõasteria non edificauerunt:neq; pdicta edificassent nisi q Aymericus patriarcha antiochenus aliquos eorũ duxisset in solitudinẽ mõtis neroi.Nã pfessores huius ordinis nunq̃ pposuerũt extra sanctã terram habere adinhabitandũ aliq̃ mãsionẽ religiõis suæ.In puintia syriæ quæ palestina noĩatur habuerunt dicti pfessores antiqtus oẽs pœne mãsiones suæ religiõis.Sed duplici ratiõe nõ potuerunt hoc nouissimo tẽpore mõasteria cõstruere ĩ locis & urbibus in qbus solebãt olim habitare.Primo quia ppter dissipatiões crebras huius puintiæ aliquæ dictarũ urbiũ sunt funditus euersæ:ut samaria & aliæ sunt quasi ad nihilũ redactæ:ut bethel & galgala & iericho.Scdo qa saladinus genere turcus rex syriæ & egypo Anno dñi.s.M.c.lxxxvii.post celebrẽ uictoriã q̃ de christiãis obtĩuit ĩ bello apud cephorũ cõmisso:in quo fuit sancta crux amissa:& rex ghibido captus cũ magistro tẽpli:& innumeris christiãis occupauit fere oẽm palestinã auferẽdo a christianis eã . Propter quod ex tunc difficile fuit dictis religiosis in hac puintia edificare mõasteria suæ religionis.Veruntamen iuuantibus deuotis pegrinis sepulchrũ dñi uisitãtibus edificauerũt ipsi in eadẽ puintia in regione iudææ:& habuerũt mõasteriũ suæ religiõis in ciuitate sancta hyerusalẽ:quæ a monte carmeli distat per triginta duas leucas uersus austrũ.In eadem quoq; puintia in regiõe samariæ inter galgalam & iericho est desertum quarentenæ distans a monte carmeli per uiginti leucas uersus nothum ubi dicti religiosi edificauerunt ppe fontẽ helysei:& habuerũt monasterium suæ religionis quod fuit appellatũ domus in heremo quarentenæ.In eadẽ etiam puintia in regiõe galylææ ad.xii.leucas de monte carmeli cõtra orientẽ est heremus illa in qua christus frequenter pdicauit:de qua dictũ est supra:ubi prædicti religiosi edificauerũt & habuerunt monasteriũ sui ordinis:quod fuit appellatũ monasteriũ ualiin:quia fuit constructũ sumpobus cuiusdam nobilis uiri qui dicebatur ualiin.Omnia autem prædicta monasteria sumpserunt institutionem & regulã a monasterio montis carmeli:& fuerunt subiecta dicto monasterio & eius priori.

¶Capitulum tertium q dñs præsciens hanc religionem de terra sancta eradicandam:prouidit eam in europam transplantare:ad quam misit aliquos huius religionis professores ut eam plantarent per diuersas europæ prouincias seu regiones.

PRæsciens autẽ dñs deus meritis nephãdorũ christiãorũ suis scœleribus terrã sanctã fordidantiũ hanc religionẽ de terra sancta eradicandã:immo totã terrã a christianis auferendã sub dominio ac potestate saracenorũ pœnitus reducendã prouidit religionem istam nõ delere:sed eã alibi trãsplãtare.Propterea qdẽ uoluit deus sicut reuelauit beato Cirillo heremitæ mõtis carmeli q in nouissimis diebus istis uiri diuersarũ nationũ pfiterent̃

sacrã hanc religionẽ:& cũ adueniret ꝑsecutio ꝓpter quã oporteret eos de terra sancta fugere. Tãto pacientius tollerarẽt religionẽ istã de terra illa eradicare quãto amplius ex hoc uiderent eã in diuersis mũdi regionibus & maxime in suis ꝓpriis natiõibus copiosius multiplicari:sicut ꝑ beatum cirillũ eis ꝓphetice prædixit. Igitur mortuo ioanne rege ultimo hierosolymitano terra sancta nõ habuit succursum cõsuetũ a sede apostolica:impediẽte dictũ succursum ĩperatore Federico secũdo: qui aduersus romanã ecclesiam grassabaẽ:& conciliũ generale quod papa Gregorius nonus uolebat inter cætera pro subsidio terræ sanctæ celebrare: conatus fuit modis omnibus impedire. Quamobrẽ ceperũt pagani terrã sanctam efficatius solito inuadere. Propter quod infirmiores ꝓfessores huius religiõis cõturbati & perterriti de frequẽtibus incursibus paganorum quod patiebanẽ maxime in mõasteriis quæ erant in heremis.optabãt terrã sanctam deserere: & si fieri posset:licite ad regiones ꝓprias unde uenerant redire. Desiderabãt enim in suis regiõibus monasteria huius religiõis cõstruere:in quibus possent secure dño deo & eius matri uirgini iugiter deseruire. Sup qua re an esset licita:cõgregatũ fuit capitulũ in monasterio montis carmeli: & habitũ est conciliũ ibi. Et q̃uis essent ex fratribus qui dicerent nullo modo illo tẽpore terrã sanctam fore ab aliquo fratre deserendã:neq; extra eam aliq̃ mansionẽ huius religionis esse cõstruendam:quoniã nequaq̃ ꝑdecessores eoꝝ unq̃ terrã illam deseruerãt:aut alibi extra eam mansionẽ huius religionis edificanerant. Oppositũ tamen hoꝝ esse licitũ fuit tunc in consilio ostensum:tã christi præcepto q̃ eius & fundatoris huius religiõis exemplo. Præcepto quidẽ quo christus ait. Si uos persecuti fuerint in una ciuitate:fugite in aliã. Bonum enim est ꝑsecutionem fugiendo catholicam fidem seruare incorruptã:& malũ est in ꝑsecutionẽ incidendo ex timore persecutionis negare fidẽ christianã. Exẽplo autẽ quo christus q nõ erat missus nisi ad oues domus israel dũ herodes eũ persequereẽ:terram sanctam deseruit:& in egyptũ fugiens:ibi dẽ usq; ad herodis obitũ morabatur. Exemplo & quo helyas qui ꝓpter persecutionẽ achab regis:terram sanctam dereliquit:& ad montẽ oreb fugiens illic in spelunca mansit. Prior itaq; monasterii montis carmeli attentis rationibus istis:& considerata persecutione quã in terra sancta pagani inferebant huic religioni assidue:ammonitus a beata maria in somnis:licentiã aliquibus fratribus concessit terrã sanctam deserendi:& ad proprias regiones redeundi:illicq; monasteria huius religionis edificandi. Anno ergo domini. M.cc.xxxviii. aliqui ex dictis fratribus natione ciprii:ad insulã cipri transfretauerunt. Alii uero natione ciculi:ad insulam ciciliæ nauigauerũt. q̃dam autẽ natione prouinciales:apud massiliam ciuitatẽ ꝓuinciæ applicuerũt. Qui oẽs hac intentione terrã sanctam deserebant:& ad illas regiones accedebãt:ut religionẽ istam in illis regiõibus nouiter plantarẽt. Igitur qui ad cyprũ transfretauerãt:mansionẽ huic religioni congruã ĩ heremo forcaniæ construxerũt. Qui uero ad siciliã nauigauerãt:habitationẽ huic religiõi cõmodam:in suburbanis messanæ erexerunt. Sed illi qui apud massiliã applicuerãt:domũ isti religioni oportunã in heremo aquælatarum distanti per unã leucã a massilia edificauerũt. Deniq; anno dñi. M.cc.xl. christianissimi milites dñs Ioanes uescy & dominus Ricardus grey natiõe anglici post multos actus bellicos in palestina cõtra infideles strenue peractos:de terra sancta ad angliam remeanres:quosdã huius religionis fratres anglicos de licentia prioris monasterii montis carmeli secũ ex deuotione ad angliam duxerũt. Quibus fratribus dñs Ioãnes uescy in silua de holne iuxta alnelbicũ: & dñs Ricardus grey apud Eylisfordiã ĩ cantia mãsiões huic religiõi comodas edificauerunt.

Capitulum quartum quo ordine dicti professores hanc religionem in europa plantauarũt: & per diuersas europæ regiones eam multiplicauerunt.

Considerantes autem fratres prædicti regiones ad quas peruenerant esse aptas & ydoneas ad multiplicandum in ipsis sacram hanc religionem:plores uiros ad eam receperunt. Sed priusq̃ præsumerent eam quo ad monasteria in dictis regionibus notabiliter multiplicare prudente ducti consilio:ad summum pontificem innocentium quartum tunc lugdoni commorantem accesserunt. Cui rationem fuge eorum de transmarinis partibus & causam aduentus eorum ad prædictas uarias regiones & remotas exposuerunt:sibiq; supplicauerunt ut dignaretur eis impendere fauorem quo possent in dictis regionibus multiplicare suam religionem. Pontifex autẽ ꝑdictus:aduersitatibus eoꝝ cõpatiẽs:& de multiplicatiõe huius religionis ꝑ cunctas fideliũ partes gaudens:litteras eis. xii. kalẽdas Iulii anno domini. M.cc.xlv. concessit:per quas uniuersis christi fidelibus scripsit ut dictos fratres benigne reciperent: & eis

de oportunis locis in quibus possent secure domino famulari: liberaliter & caritatiue prouiderent.

¶ Innocentius papa quartus in registro secũdi anni sui pontificatus.

¶ Vniuersis christi fidelibus ad quos litteræ istæ peruenerint: salutem & apostolicam benedictionem. Cum dilecti filii prior & fratres ordinis heremitarũ de monte carmeli secure nequeãt sicut accepimus propter frequentes paganorũ incursus in mansionibus quas habent ĩ transmarinis ptibus cõmorari: & ob hoc oporteat ex ipsis aliquos se transferre ad regiões uarias & remotas: uniuersitatem uestram rogamus & hortamur attente p apostolica uobis scripta mãdantes: quatenus ipsos si ad uos eos aduenire contingetit: benigne recipiẽtes ac tractantes honeste: eis de oportunis locis in quibus secure possent famulari domino pro diuina & uestra reuerentia: liberaliter & caritatiue prouidere curetis.

¶ Frater Guillielmus de sannico heremita montis carmeli ubi supra.

¶ Obtentis itaq; a summo pontifice Innocentio quarto litteris pmissis: ceperũt dicti fratres p regiones ad quas peruenerant: iuuantibus eos christi fidelibus loca religioni eorũ oportuna in diuersis ciuitatibus & uillis per incrementa temporũ construere: in quibus possent dño deo & eius matri uirgini sicut desiderabant secure deseruire. Qui enĩ ex eis ad ciprũ accesserant: in quibusdam ciuitatibus & locis cipri monasteria huic religioni comoda edificauerũt. Qui uero ad siciliã perrexerant: non solũ per ciuitates siciliæ hanc religioné plantauerunt: sed inde per apuliam & per cæteras regiones italiæ sensim in diuersis partibus ciuitatibus & locis religioné auxerunt. Qui autem ad prouinciam prouecti fuerãt: nedũ per ciuitates & loca illius regionis sed p narbonensem prouinciam & aquitaniam atq; hispaniã in diuersis ciuitatibus & locis religioné istam paulatim multiplicauerũt. Illi uero qui ad angliam secesserunt: non tantum per insulam angliæ: sed per scociam & per hyberniam in multis ciuitatibus & uillis ac locis religionem istã pedetentim dilatauerunt.

¶ Capitulum quintum q multiplicationem huius religionis diabolus uisus fuit ĩpedire: & qualiter professores huius religionis studierunt sibi resistere.

INterea dũ hæc pdicta a fratribus agerent: inuidens diabolus bono eorũ operi & huius religionis multiplicationi: uisus fuit eam ĩpedire. Quãobré incitauit rectores & curatos parochialiũ ecclesiarũ aduersus fratres pdictos. Qui fratres non permittebãt in eorũ monasteriis diuina celebrare: nec sepulturam fratrũ sui ordinis habere. Cũq; fratres ad dominos diocesanos pro cõpescẽdis rectoribus & curatis a grauaminibus prædictis recurrerũt supplicãtes eisdé ut de licentia eorũ & gratia possent in locis suæ religionis diuina celebrare: & sepulturã fratrũ sui ordinis habere. Respondebant plati q cum hæc religio esset eis ignota: grãm postulatã fratribus nõ concederent: donec super præmissis intentioné summi pontificis scirét. Ea propter dicti fratres iterũ ad summũ põtificé ĩnocẽtiũ qrtũ accesserũt: cui humiliter supplicauerunt ut dignaret platis scribere sibi non eẽ displicibile si licẽtiã fribus cõcederét celebrãdi diuĩa ĩ eorũ locis & hñdi liberã sepulturã frm sui ordĩs. Põtifex pdictus hũili frm petitiõi ãnuens sup pmissis. vi. chalẽdas augusti Anno dñi. m. ccxlvii. archiepis & epis scripsit.

¶ Innocẽtius papa quartus in registro quarti anni sui pontificatus.

¶ Venerabilibus fribus archiepis & epis ad quos psentes litteræ puenerĩt: salutẽ & aplicã bñdictioné. Paganorũ ĩcursus dilectis filiis fribus heremitis sctẽ mariæ de mõte carmeli: necessitaté ĩduxisse dinoscit q se ad has marinas ptes nõ sine afflictõe multa spũs cõtulerũt cũ eis cõtéplationis dulcediẽ recreare solitis ex huiusmodi trãsitu turbata nõ modicũ fuerit qes mẽtis. Cum itaq; ipsorũ ad hoc aspiret affectio ut p aplicæ pietatis auxiliũ: statũ cõseq ualeãt ĩ quo sibi & pximis deo ppicio ad salutẽ pficere hillarescant fraternitatẽ ustam rogãdã duximus & monendã per apostolica uobis scripta mãdãtes: qtenus ipsos dũ ad uos puenerit: benigno suscipiẽtes affectu & pii fauoris grã psequẽtes ipsis ut ĩ locis oportunis de quibus iã est eis ĩ uris prouisum diocesibus uel ĩ posterũ contingerit prouideri celebrãdi diuĩa & hñdi liberã fratrum sui ordinis sepulturã licentiam si expedire uideritis sine iuris alieni præiudicio concedatis.

¶ Frater Guillielmus de sannico heremita montis carmeli ubi supra.

¶ Cum autem prædictas summi pontificis litteras fratres dominis diocesanis ostenderent quidam prælatorum renuebant eis concedere licenciam celebrandi diuina in locis quæ habe-

bant in ipſorum dioceſibus & habendi in dictis locis ſepulturam fratrum ſui ordinis. Alii autem ex prælatis compacientibus fratribus huiuſmodi licentiam celebrandi diuina in locis de quibus erat fratribus prouiſum in ipſorum dioceſibus & habendi ĩ dictis locis liberam ſepulturam fratrum ſui ordinis eis fauorabiliter concedebant.

¶ Capitulum.vi.ꝙ beatus lodolbycus in terrã ſanctam peregre profectus fuit: & inde quoſdã fratres huius religionis ſecum in franciam duxit quibus in ciuitate ſua pariſius monaſterium edificauit.

Beatus autem lodolbycus rex francorum illuſtriſſimus dilatationem fidei chriſtianæ ardenti deſiderio cupiens. Anno domini.m.ccxlviii. contra gentem incredulam cruce ſignatus cum magno exercitu transfretauit. Et tandem ad egyptum applicans: famoſa illam ciuitatem egypti quam dannatam uocant. Anno domini.m.ccxlix. cœpit Vlterius autem procedẽs ipſe cum ſuis captus fuit a ſaracenis. Reddita itaqꝫ eis dãnara & copioſa pecunia pro ſui & ſuorum redẽptione data de captione liberatus: ad terram ſctãm peregre ẽ profectus. Qui ſepulcrũ dñi uiſitãs & cetera religioſa terræ ſanctæ loca perquirens ad montem carmeli aſcendens: & propter laudabilẽ conuerſationẽ fratrum beatæ mariæ de monte carmeli ibidẽ cõmorantium eoꝝ monaſteriũ ex deuotione uiſitauit. Poſtmodũ uero audita morte reginæ matris ſuæ: baronũ ſuoꝝ concilio redire in franciam acquieuit. Et dum eſſet in mari tertia nocte ꝑpe diluculũ nauis deferens regem retrocedendo ad biralaſſum iuxta mõtem carmeli bina ĩpulſione tam fortiter eſt colliſa: ꝙ a nautis & aliis fracta & protinus ſubmergenda credebat̃. Tanta ergo concuſſione excitati & ꝑterriti quidam eoꝝ clamauerũt: & alii ſctũ regem genibus flexis deũ deuote orantẽ inuenerũt. Cũqꝫ oẽs ſubmergi indubitanter crederẽt: cãpanã mõaſterii fratrum beatæ mariæ de monte carmeli ꝑ matutinis dicendis ſonantẽ in auribus ſuis reſonare ſenſerunt. Qua audita. Pius rex cuius loci cãpana eſſet: monarchũ diligenter interrogauit & eã eſſe monaſterii fratrum beatæ mariæ de monte carmeli ex monarchi reſpõſo ꝑcepit. In deuotõe ergo gẽitricis dei accẽſus rex: eius mõaſteriũ tũc uiſitare ꝑmiſit: ſi ipſa ab illa graui tẽpeſtate cũ cũ aliis liberaret. Trãquillitate ergo eiuſ meritis & præcibus ĩ mari ſubito facta: beata maria eos a prædicto mortis piculo liberãte: mox mitis rex in montẽ carmeli aſcendens: matutĩas fratrũ magna cũ deuotione audiuit. Quibus dictis pius rex locũ illum hũiliter cõtẽplans: ac ꝑdictoꝝ fratrũ titulo beatæ mariæ uirginis in toto orbe terraꝝ quo ad ordines approbatos ſingulariter inſignitoꝝ fama laudabili & religioſitate ꝑmotus: quoſdam eoꝝ natione gallicos a priore dicti monaſterii poſtulauit. Qui iõ deſiderabãt ſctũ regẽ ſequi & fugere de loco illo ante faciem perſequentium paganoꝝ: quia ꝑꝑ graues paganoꝝ ĩcurſus frequenter oportuerat eos actenus monaſteriũ illud deſerere: & ſe interdũ in ſaltu montis carmeli abſcondere: interdum uero in ciuitate cayphas ſe includere. Quos uero ſex a priore ſibi conceſſos rex ſecũ in franciã duxit: & eis in ciuitate ſua pariſius monaſterium edificauit. Qui alios ad ſuã religionẽ recipiẽtes in diuerſis franciæ & Alemaniæ partibus mõaſteria ſui ordĩs paulatim cõſtruxerunt.

¶ Capitulum vii.ꝙ diabolus contra multiplicationem huius religionis fortius bellum mouit: & qualiter hæc religio de ipſo triumphauit.

Videns itaqꝫ diabolus ꝙ q̃nto plus multiplicationem huius religionis impedire conabatur: tanto magis ipſa in diuerſis mũdi regionibus multiplicabat̃: ſeniens ille acrius aduerſus eã cõcitauit fortius rectores & curatos parochialiũ eccleſiaꝝ contra ipſam. Aliqui enĩ ex prædictis curatis nõ ꝑmittebant ꝙ ĩ eorum pochiis fratres edificarent eccleſiam nec haberent campanam neqꝫ cimiterium ad opus ipſorum. Alii autem ex curatis qui præmiſſa non poterant fratribus uetare: exigebant ab eis & ab eorum monaſteriis quæ terræ ſanctæ conſueuerant exhibere. Sunt enim religioſis magis infeſti prælati & curati occidentales q̃ orientales: & iam cum fratres ad dños dioceſanos recurrerent ut a prædictis grauaminibus curatos compeſcerent: econtra plures dioceſani partem rectorum fouentes: quaſdam ſophiſticas rationes allegabant quibus curatos ducere cauſam iuſtam aduerſus fratres aſſerebant. Videntes ergo fratres ꝙ ſuper præmiſſis non poterãt cum prælatis fauorem inuenire: uirginẽ mariã eoꝝ patronã hũiliter deprecabantur: ut quæ ipſos ad regiones illas ꝑuenire fecerat

a præmiſſis diabolicis temptationibus eos eriperet. Virgo itaq; maria priori eorum reuelauit:
ut ad ſummum pontificem innocentium intrepide accederent: quia ab eo ſalubre remediũ con
tra præmiſſa grauamina reportarent. Ad ipſum ergo tunc peruſii cõmorantẽ accedentes: fratres
ſibi expoſuerunt & grauamina quæ curati eis inferebant & fauorẽ modicũ quẽ ſuper p̃miſſis p̃
lati eis ĩpendebant. Pontifex autẽ p̃dictus fratribus cõpaciens: ſcripſit prælatis Idus Ianuarii An
no domini. m. ccliii. maodans eis ut ſuper præmiſſis piũ fauorem fratribus ĩpenderent: & mole-
ſtatores eoꝝ per ceoſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita cõpeſcerent.

¶ Innocentius papa quartus in regiſtro noni anni ſui pontificatus.

¶ Venerabilibus fratribus unioerſis archiep̃is & ep̃is ad quod litter̃ iſtæ p̃uenerit ſalutẽ & apo
ſtolicam benedictiõem. Ex parte dilectoꝝ fratrũ heremitarum ordinis ſanctæ mariæ de mõ
te carmeli fuit propoſitũ coram nobis q; cũ malicia temporis excreſcẽte oportuerit eos de loco
quem habebant ĩ mõte carmeli fugere ante faciẽ perſequentiũ paganoꝝ: uelintq; cellas & eccle
ſiam conſtruere ac hẽte cimiteriũ & cãpanã ad opus ipſoꝝ in ueſtris ciuitatibus & dioceſibus
in locis ad hoc ipſis pia fideliũ libertate conceſſis ut ibi diuina celebrare ac debite domino red
dere ualeant famulatũ: nonnulli eos ſuper hoc ĩpedire præſumũt & exigunt nihilomious non-
nulla ĩportabilia ab eis & eoꝝ ĩbuta monaſteriis quæ terræ ſanctæ conſueuerãt exhibere. Q̲ m̃
igit̃ ipſis in hac parte tam apoſtolicus q̃ ueſter fauor eſt miſericorditer ĩpendendus: uniuerſita
tẽ rogãdã duximus attente & monendam per apoſtolica uobis ſcripta mãdãtes quatenus habẽ-
tes ad eos debite cõpaſſionis affectũ illos ſuper p̃miſſis ur̃o pio impenſo ipſis ſuffragio non per
mittatis quãtũ in uobis eſt ab aliq̃bos indebite moleſtati. Moleſtatores huiuſmodi per cẽſuram
eccleſiaſticã appellatione poſtpoſita cõpeſcẽdo. Preces & mandatũ ueſtrũ in hac parte taliter im
pleturi q; deuotionẽ ueſtram dignis exinde in dñ̃o laudibus cõmendare poſſimus.

¶ Frater Guillielmus de ſannico heremita montis carmeli ubi ſupra.

¶ Dum aũt fratres Innocẽtii papæ quarti litteras dominis p̃latis p̃ſentabãt: prælati illi q fratri-
bus fuerãt prius fauorabiles: multo magis tunc ſe eis fauorabiles reddebãt. Et ſubditos ſuos: q
præſtabant f̃ribus ĩpedimẽtũ edificãdi in eoꝝ parochiis eccleſiã & h̃ñdi cãpanã & cimiterium
ad opus fratrũ dicti p̃lati a præmiſſis grauaminibus efficaciter cõpeſcebãt: cohibebant ẽt cura-
tos illos qui a f̃ribus & ab eoꝝ monaſteriis ſeruitutes graues & ĩportabiles exigebant. Similiter
prælati q fuerũt prius fratribus duri: uiſis p̃dictis litteris dicti ſummi pontificis ſubditos ſuos a
præmiſſis grauaminibus ceſſare faciebant. Propter quod fratres a prædictis diabolicis tempta-
tionibus liberati: in monaſteriis quæ iam receperant diuina in pace celebrabant: & nihilominus
noua monaſteria ſenſim recipiebant. Sicq; paulatim hanc religionem in diuerſis fidelium regio
nibus per europam multiplicabant.

¶ Capitulum. viii. quaodo & qualiter religio iſta fuit de terra ſancta prorſus eradicata.

QVando aũt hæc ſacra religio ĩcepit de terra ſancta ad has marinas partes per modum
prædictũ tranſplantari: tunc etiã cœpit ipſa in terraſancta de paleſtina eradicari: Pro-
pter q̃dẽ frequẽtes incurſus quos ĩ chriſtianos ſaraceni & chriſtiani in ſaracenos tũc
in paleſtina exercebant: aliqui ex fratribus huius religionis fuerunt a paganis ioterfe
cti in mõaſterio heremi quarẽtenæ: & ẽt in monaſterio ualim. Idcirco oportuit fratres huius reli
gionis totaliter illa monaſteria deſerere: quia non poterant ibi ſecure habitare: quæ poſtmodũ
ab infidelibus pœnitus diruta fuere. In diebus ãt illis nulla audebat fieri peregrinatio chriſtia-
noꝝ ad ſepulcrũ dñ̃i: pp q̃d fratres huius religionis qoi in monaſterio hieroſolymitano ſolebãt
de elemoſynis peregrinoꝝ ſuſtentari: tũc fame pįclitabanť. Quia neceſſitate compulſi: monaſte
riũ illud hieroſolymitanũ dereliquerũt: & ſe ad monaſteria fœnicis trãſtulerunt. Et ſic religio
iſta fuit de paleſtina prorſus eradicata. Poſt hæc ãt aſcenderunt uehemẽtius ãte cõſpectũ dñ̃i ſa-
baoth ſcelera nephãdoꝝ xp̃ianoꝝ terrã ſc̃tãm ſordidãtiũ: quoꝝ corda deus effeminauit: & ani
mos infideliũ adoerſus eos corroborauit. Qui cũ poteſtate magna cõtra nobilẽ ciuitatẽ anthio
chiæ uenĩẽtes & eã obſidẽtes: tandẽ Anno dñ̃i. m. cclxviii. eã ui armoꝝ cœperũt. In q̃ inumerabi
lium xp̃ianoꝝ ſanguinẽ effundẽtes: nõ ſolũ ſolẽne monaſteriũ q̃d fratres huius religionis in ea
habebant: ſed totam ciuitatem in ſolitudinem redigerunt. In eadem quoq; tempeſtate perdi-
derunt fratres huius religionis monaſterium montaneæ nigræ quod ab ĩfidelibus fuit dirutũ.
Et ſic religio iſta fuit de prouincia cõmagena pœnitus eradicata. Cum aũt dominus deus chriſti

anos tam fœniceos ad pœnitētiā diucius expectasset q̄ palestinos uel cōmagenos: uidens ꝙ illā facere renuebāt iratus ī eos iduxit ad fœnicē īnumerabilē paganoꝝ multitudinē. Qui gloriosam ciuitatē tripolī obsidētes tādē eā Anno dñi.m.cc.lxxxix obtinuerūt:& tā mōasteriū qđ fratres huius religiōis hēbāt q̄ ipsam ciuitatē diruerūt: captis ī ea & interfectis īfinitis utriusq; sexus xp̄ianis. Tūc quoq; tpis paganiæ p planiciē tripolitanā discurrētes: pucnerūt ad monasteriū belli loci: huius religionis ꝓpe fōtē ortoꝝ: qđ ēt funditus subuerterūt. Proinde cōtra tyrū ascendētes munitissimā ciuitatē illā illo āno ceperunt: in q̄ multoꝝ xp̄ianoꝝ sanguinē effundētes: ciuitatē illā cū mōasterio huius religionis qđ in ea erat destruxerunt. Biennio āt fere lapso: saraceni contra opulētissimā ciuitatē accon uenerunt:& post multos actus bellicos a saracenis pactos q eā deforis ipugnabāt:& a xp̄ianis q eā ītus defendebant: tandē saraceni ī mēse madio Anno dñi m.ccxc.primo: ciuitatem obtinuerūt. In q̄ fuerūt trigita milia xp̄ianoꝝ cesa & capta: preter eos qui pmanere euaserūt: ex qbus fui ego unus. Multi enī xp̄iani de ciuitate accon & de ciuitatibus tyri & tripolis per mare fugerūt. Sarraceni āt ciuitatē accon cū solēni monasterio huius religiōis qđ in ea erat ita deuastauerūt ꝙ eā totaliter inhabitabilē reddiderūt. De q̄ egrediētes & ad sctm̄ montē carmeli: q ab ea nō lōge distat ascēdētes mōasteriū ordinis fratrū beatæ Mariæ de mōte carmeli ibidē cōmorātiū de quo nup ab accō perrexerā qđ frequēter iuaserāt sed nūq̄ destruxerāt: tūc igne cremauerūt:& oēs fratres ibidē reptos gladio trucidauerūt. Et sic religio ista fuit de ꝓuīcia fœnicea:& p cōsequēs de tota terra sctā ꝓrsus eradicata. Professores itaq; huius religiōis q in mōte carmeli tēpe helyæ & helyzei ꝓphetaꝝ cōtinue & incessanter in cōtēplatione dei ꝑstiterāt: ī hac ꝑsecutione montē illū ex toto amiserūt. Quod ideo totū. factū puto: ut adipleret qđ uaticinatū fuerat p hieremyā dicētē. Aspexi & ecce carmelus desertus: & oēs urbes eius destructæ sunt a facie dñi & a facie ire furoris eius. Iam enī exaltationē & læticiā qbus contēplatōis dulcedīe ꝑpetuo ibidē p mansuras optauerāt: ꝑdiderūt. De qbus ysaias dudū prophetauerat dicens. Auferet læticia & exultatio de carmelo. Ab illo tñ monte dilatari fuerunt ꝓfessores huius religionis sicut dictū est in diuersas mundi partes. Qui ēt nouissime .s. a diebus Beatissimi papæ Innocentii quarti & sanctissimi regis francoꝝ lodouici ab eodē monte carmeli in partibus occidentalibus multiplicati sunt in multas prouincias: prouinciæq; in domos: domus in personas multas sufficiētes & idoneas p orbē uirēdo florent:& florēdo multū fructum afferunt ad augmentū fidei catholicæ. Pstante dño nostro iesu christo qui cum patre & spiritu sancto est honor: uirtus:& gloria: per infinita sæcula sæculorum. Amen.

¶ Explicit liber nonus de institutione & peculiaribus gestis religiosorum carmelitarum.
¶ Incipit præfatio in decimum librum. Actor.



Iber iste decimus agit totus de protectione & exemptione religionis huius:& de multiplici approbatōe ac cōfirmatōe ipsius. Habet aūt hic liber capitula octo. ¶ Capitulū primū ꝙ Innocentius papa quartus suscepit religiosos carmelitas sub ꝓtectione sua. Et ꝙ Alexander papa quartus præcepit prælatis: ut non exigerent obedientiā ab eis cōtra apostolicæ sedis priuilegia. ¶ Capitulū secūdum ꝙ Alexander papa quartus præcepit prælatis oībus ut cessarent a molestiis & grauaminibus quæ inferebāt nostris fratribus. ¶ Capitulū tertiū ꝙ ioānes papa.xxii eximet ordinē religiosoꝝ carmelitarum a potestate & iurisdictione omniū prælatorum. ¶ Capitulum quartū ꝙ clæmens papa sextus indulsit religiosis carmelitis ne ratione delicti aut contractus uel rei de qua agitur possint conuenire corā ordinariis. ¶ Capitulum quintum ꝙ fratrum carmelitarum religio est approbata a iure diuino.
¶ Capitulum sextum ꝙ ius canonicum approbat ordinem religiosorum carmelitarum.
¶ Capitulum septimum ꝙ lugdunense concilium celebratum per gregorium papam decimum non reprobauit sed approbauit ordinem nostrum. ¶ Capitulum octauum ꝙ Bonifacius papa octauus corrigendo dictum lugdunense concilium confirmauit ordinem fratrum carmelitarum.

¶ Incipit liber decimus de institutione & peculiaribus gestis monachorum carmelitarum.

¶ Capitulum primum q̃ Innocentius papa quartus suscepit religiosos carmelitas sub protectione sua & q̃ alexander papa quartus præcepit prælatis ut non exigerent obedientiam ab eis contra apostolicæ sedis priuilegia. Actor.

INspicientes ꝓfessores hoius ordinis q̃ mox ut uestra religio cœpit per modū ĩ pcedenti libro descriptum plātari in europa & multiplicari: diuersaꝝ ecclesiaꝝ plati cōtra eā ĩsurgebāt: supplicauerūt ꝓ sui tuitōe summo pōtifici ĩnocentio quarto ut dictā religionem sub ꝓtectiōe sedis apostolicæ ponere dignaret̃. Quibus pontifex p̃dictus anouens: religionem ipsam sub protectiōe dictæ sedis suscepit Anno domini.m.ccl.de lugduno scribens eis quinto chalendas octobris.

¶ Innocentios papa quartus in registro octaoi anni sui pontificatus.

¶ Dilectis filiis priori & fratribus ordinis beatæ mariæ de monte carmeli salutē & apostolicā benedictionem. Religionis uestræ meretur honestas ut uos in uisceribus caritatis amplexantes petitōibus uestris quātū cū deo possumus: fauorabiliter annuamus. Ea pp dilecti ĩ dn̄o filii uestris postulatōibus grato cōcurrētes assensu p̃sonas ur̃as & loca ĩ q̄bus estis diuino mācipati obsego cū oībus bōis quæ ĩ p̃sēotiaꝝ rōnabiliter possidēt: aut ĩ futuꝝ iustis modis p̃stāte dn̄o poterūt adipisci: sub beati petri & nr̄a ꝓtectōe suscipimus: & p̃ntis scripti patrocinio cōmunimus Actor. Sicut āt Innocētius papa quartus ita multi alii rōani pōtifices nr̄am religionē postmodū. sub beati petri & eoꝝ ꝓtectione suscepūt. Sed nō defuerōt ēt tūc p̃lati conātes ipsam religionē contra sedis apostolicæ priuilegia opprimere. Quibos obuiās alexāder papa quartus Anno domini.m.cclvi.de roma scripsit.xviii.chalendas februarii

¶ Alexander papa quartus io registro secundi anni sui pontificatus.

¶ Venerabilibus fr̄ibos patriarchis archiep̄is & ep̄is ĩ quoꝝ diocesibus Priores & fr̄es btē mariæ de mōte carmeli cōsistūt salutē & apostolicā bn̄dictōem. Cū p̃latos ecclesiaꝝ & plātar̃ sacrā religionē: & plātatā deceat oībus modis cōfouere: auctoritate p̃sentiū districtius inhibemus ne aliqs uestrū a dilectis filiis prioribus & fr̄ibus beatæ mariæ de mōte carmeli qui consistunt in uestris diocesibus uel consistent obedientiam contra tenorem priuilegiorum: & indulgentiaꝝ apostolicæ sedis exigere uel recipere non presumat.

¶ Capitulū scd̄m q̃ Alexander papa quartus precepit prælatis oībus ut cessaretur a molestiis & grauaminibus quæ inferebaot nostris fratribus. Actor.

QVoniam āt ꝓfessores huius religionis ĩ oī paciētia & hūilitatis spū se dn̄is p̃latis deuotos tūc exhiberēt mādatis eoꝝ q̃ ĩstitutis nr̄i ordīs nō obuiabāt prōpte parendo: nihilominus tn̄ adhuc nōnulli dictoꝝ p̃latoꝝ nr̄os fr̄es nimiū comprimebāt: graues existētes eis plurimū & ĩfesti. Ob hoc oportuit dictos fr̄es ad p̃dictū dn̄m Alexādrū papā q̄rtū cōfugere ꝓ obtinēdo ab eo sup p̃missis remedio oportuno. Pontifex autē prædictus compaciēs fratribus dictis prælatis firmiter præcepit. Anoo domini.m.cclx.ut a prædictis molestiu desisterēt: de anagina scribens eis.idibus februarii.

¶ Alexander papa quartus in registro quinti anni sui pontificatus.

¶ Venerabilibus fratribus p̃triarchis archiep̄is & episcopis in quoꝝ ciuitatibus uel diocesibus fr̄es ordīs btē mariæ de mōte carmeli cōsistūt: salutē & apostolicā bn̄dictionē. Ad audiētiā nostrā ꝑuenit q̃ licet dilecti fr̄es ordīs btē mariæ de mōte carmeli in oī paciētia & hūilitatis spū se uobis deuotos studeāt exhibere mādatis ur̄is in oībus q̃ ĩstitutis eiusdē ordīs nō obuiāt prompta deuotōe parēdo: nihilq̃ uelint facere p qd̄ ecclesiis in quaꝝ morant̃ parochiis aliqd̄ p̃iudiciū uel disp̄ēdiū gn̄et̃: nihilominus tn̄ q̄dā ur̄m fratres eosdē nimiū cōprimētes: ipsos in oratoriis suis sui ordinis ĩ eoꝝ ciuitatibus uel diocesibus cōstitutis diuina celebrare officia ꝓ suæ uolōtatis arbitrio nō ꝑmittūt. Alias graues existētes eisdē plurimū & ĩfesti: pp qd̄ duxerūt ad apostolicæ sedis auxiliū recurrēdū. Cū ergo ĩdigoū existat ut iidē fr̄es eos molestos senciant q̃ ipsos suæ religiōis obtētu tenent̃ ĩ uisceribus gerere caritatis nos ergo circa religiōis augmētū & aīaꝝ ꝓfectū uigiles ĩuēiri uolētes: fraternitan ur̄æ p ap̄lica scripta firmiter p̃cipiendo mādamus: q̄tenus q̄diu p̃dicti fr̄es mādatis ur̄is iuxta p̃missū modū deuote obedire curauerunt: ab ipsorum molestiis & grauaminibus desistentes: ac subditos uestros ab ipsorum inquietatione poenitus compescentes: permutatis ipsos maxime cum iam oratoris & collegia habeāt in ciuitatibus &

diocesibus nestris prout decet uiros religiosos approbati ordinis diuina officia in huiusmodi oratoriis libere celebrare. Actor.

ITa & sub eadẽ uerborum forma scripsit consequenter dictis prælatis clæmens papa quartus.x.chalendas.Iunii Anno domini m.cc.lxv.sicut legitur in registro primi anni sui pontificatus.Similiter & Nicholaus papa quartus sub dicta uerborum forma prælatus scripsit quinto chalendas Mai Anno domini. m.cclxxx.octauo:sicut Alexander & clæmens eis scripserunt:prout legitur in registro tertii anni pontificatus dicti Nicholai papæ quarti.

¶ Capitulum tertium ꝙ Ioannes papa.xxii.exemit ordinem religiosorum carmelitarum a potestate & iurisdictione omnium prælatorum.

PRelati ergo plutimi non obstantibus prædictis & aliis summoꝝ pontificum litteris frequenter eis destinaris:occasiones diuersas incessanter íueniebant opprimendi nostros fratres Prætendebant quidam ipsos non esse eis obedientes:affligebantqꝫ ipsos atqꝫ ad amaritudinem uitam eorum perducebant.Quamobrem professores nostræ religionis graue prælatoꝝ iugum euadere desiderantes:deprææcati fuerũt obnixe summum põtificem Ioannem.xxii.ut a potestate prælatorum eos prorsus eximerẽ imperpetuum dignaretur Pontifex itaqꝫ prædictus deuotis fratrum præcibus annueos:ordinem nostrum a potestate & iurisdictione prælatorum prorsus exemit tertio Idus Marcii Anno domini.m.ccc.xviii.de Auinonẽn.fratribus scribens.

¶ Ioannes papa.xxii.in registro primi anni sui pontificatus.

¶ Dilectis filiis Priori generali & uniuersis prioribus & fratribus ordinis beatæ mariæ de mõte carmeli:salutem & apostolicam benedictionem.Sacer ordo uester in agro dominico diuina dispositione plantatus.Et gloriosæ uirginis mariæ titulo specialiter insignitus : apostolicis gratiis digne meretur attolli:cuius professores mundanis a se relegatis illecebris : cœlestium contemplationi uacantes insistunt iugiter profectibus animarum.Nos autem ad dictum ordinem quem in statu firmo solido & stabili decreuimus & uolumus permanere apostolicæ considerationis intuitum dirigentes ad ea libenter intendimus per quæ professores iam dicti nullum internæ pacis paciantur excidium:nullumqꝫ religionis status perferant detrimentum : sed eo deuotius diuino cultui ac salutis insistant operibus:quo quietior fuerit status corũdem:ipsiqꝫ ampliori fuerint libertate dotati . Ea propter dilecti in domino filii deuotionis uestræ præcibus fauorabiliter annuentes uos & prædictum ordinem personas:ecclesias:oratoria: domos:tes alias & loca uestra ac spectantia ad eadem in quibus inhabitatis ad præsens uel inhabitabitis ĩ futurum:cum omnibus iuribus & pertinentiis suis ac personis degentibus in eisdem in ius & proprietatem beati petri & apostolicæ sedis assumimus. Illaqꝫ a cuiuscunqꝫ diocesani & cuiuslibet alterius potestate iurisditione & dominio:omnimode imperpetuum eximimus . De gratia speciali decernentes ex nunc uos & ordinem uestrum ac personas:ecclesias:oratoria:domos·loca præfata:ac pertinentia ad eadem : soli romano pontifici & dictæ sedi : tam in spiritualibus q̃ in temporalibus absqꝫ ullo medio subiacere.Ita ꝙ nec locorum ordinarii nec alia quæuis persona ecclesiastica in uos & ordinem:personas:ecclesias:oratoria:domos:& loca prædicta utpote prorsus exempta possint excomunicationis suspensionis aut interdicti promulgare sententias: uel alias potestatem seu iurisdictionem aliquã exercere: Quod si forsan quicq̃ in contrarium a quocunqꝫ fuerit attemptatum:illud omnino sit irritum & inane.

¶ Capitulum quartum ꝙ Clæmens papa.vi.idulsit religiosis carmelitis ne ratiõe delicti aut cõtractus uel rei de qua agitur:possint conuenire coram ordinariis. Actor.

TImentes autem fres nri ne ꝑlati adhuc quærerẽt uias ꝑ q̃s rõne delicti aut cõtractus uel rei de q̃ agiẽ redirẽt iterꝫ ĩ dñm nri ordis & suã iurisdictõem in ipsis exercerent: Supplicauerunt hũiliter dño Clæmenti papæ.vi.ut sup ꝑmissis dignaretẽ eis ꝓuidere d remedio oportũo:Põtifex ergo ꝑdictus hũilibus fratrũ supplicatõibus ĩclĩatus sup ꝑmissis ꝓuidit eis.xiii.chalẽdas augosti Anno dñi.m.ccc.xlvii.de Auinionẽn.fr̃ibus scribens.

¶ Clæmens papa.vi.ĩ registro sexti anni sui pontificatus.

¶Dilectis filiis gñali ac aliis prioribus & fribus ordis btẽ mariæ de mõte carmeli: salutẽ & apostolicã bñdictionem. Sacer ordo uester in agro dñico diuina dispositione plantatus & gl'osæ uirginis mariæ titulo specialiter insignitus apostolicis gratiis digne meret̃ attolli: cuius professores mundanis a se religans illecebris cœlestium contẽplationi uacantes insistunt iugiter profectibus animaꝝ. Nos autẽ ad dictũ ordinem quẽ in statu firmo: solido: & stabili uolumus permanere apostolicæ considerationis intuitum dirigentes: ad ea libenter intendimus per quæ ꝓfessores iam dicti nullũ internæ pacis paciant̃ excidiũ: nullũq; religionis status perferant detrimentum: sed eo deuocius diuino cultui ac salutis insistant operibus: quo quietior status eorũdem fuerit: ipsiq; ampliori fuerint libertate dotari. Sane petitio pro partæ uestra nobis nuper exhibita continebat ꝙ licet fœlicis recordationis Ioannes papa. xxii. prædecessor noster tunc ĩ humanis agens: uos & prædictũ ordinem: ac personas: ecclesias: oratoria: domos: res alias & loca uestra ac spectantia ad eadem: in quibus inhabitabatis tunc: uel inhabitaretis in futurũ: cũ omnibus iuribus & pertinentiis suis ac personis degentibus in eisdem: in ius & proprietatem beati Petri & sedis apostolicæ assumpsisset. Illaq; a cuiuscũq; diocesani & cuiuscũq; alterius potestate: iurisditione ac dominio omnimode prorsus imperpetuũ exemisset: decernendo ex tunc uos & ordinem ipsum ac personas: ecclesias: oratotia: domos: & loca præfata: ac pertinentia ad eadẽ soli romano pontifici & dictæ sedi tam in spiritualibus q̃ in tẽporalibus absq; ullo medio subiacere. Ita ꝙ nec locoꝝ ordinarii: nec alia queuis persona ecclesiastica in uos & ordinẽ: personas: ecclesias oratoria: domos: & loca prædicta utpote prorsus exempta possetit excomunicationis: suspensionis aut interdicti promulgare sẽtentias uel alias potestatem seu iurisditionem aliquã: exercere. Quod si forsitan quicq̃ in contrariũ a quoq̃ attemptatum fuerit: illud omnino esset irritum & inane. Tamen quia in indulto huiusmodi exemptionis non canetur ꝙ uos ratione delicti seu contractus aut rei de qua agitur conueniri coram ordinariis minime ualeretis uos timentes super his posse forsan imposterum molestari: nobis humiliter supplicastis ut prouidere uobis super hoc de oportuno remedio dignaremur. Vos ergo qui uos & ordinem ipsum speciali prosequimur in domino caritate uestris supplicationibus inclinati: uobis & successoribus uestris imperpetuum auctoritate apostolica tenore præsentium indulgemus ut præfato indulto in suo robore permanente corã quibusuis diocesanis & locoꝝ ordinariis ratione delicti contractus seu rei de qua agitur conueniri uel impeti nullatenus ualeatis: fœlicis recordationis Innocentii papæ quarti prædecessoris nr̃i: & aliis constitutionibus apostolicis contrariis nõ obstãtibus quibuscunq;. Decernentes ex nũc irritum & inane si secus super his a quoq̃ quauis auctoritate scienter contigerit uel ignoranter attemptari.

¶Capitulum quintum ꝙ fratrum carmelitarum religio: est approbata a iure diuino Actor.

EX dictis hinc inde in hoc totali opere patebit manifeste nostram religionem monachoꝝ carmelitarũ esse approbatam tam iure diuino q̃ canonico. Primo quidem religio quæ mandato dei & consilio spiritus sancti fuit inchoata & instituta: dinoscit̃ esse iure diuino approbata: & per deum cõfirmata: quia sicut psalmo. ca. decimo scribitur fidelia omnia mandata eius confirmata in sæculum sæculi facta ĩ ueritate & equitate. Religio autem monachorum carmelitaꝝ fuit mandato dei & consilio spiritus sancti per helyam prophetam inchoata & instituta: ut patet supra libro primo: capitulo secundo: & libro secundo capitulo primo. Est ergo hæc religio iure diuino approbata & confirmara. Amplius ius diuinũ fundatorem huius religionis helyam commendat de hoc ꝙ ad eam obseruandam discipulos traxit: & in huius laudem sapiens ecclesiastici. xlviii. sibi ait. Prophetas facis successores post te. ut patet supra libro secundo capitulo secundo. Idem etiam ius discipulos helyæ commendat de hoc ꝙ obtemperauerunt helyæ in obseruanda hac religione: & in horum laudem sapiens ecclesiastici: xlviii. ait helyæ. Beati sunt qui te audierunt. & in amicitia tua decorati sunt: ut patet supra libro secũdo capitulo secundo & octauo. Nefarium autem esset dicere ꝙ ius diuinum reproba commendaret quod sola approbata cõmendat: sicut diuina sapĩa prouerbiorũ octauo ait. Iusti sunt oẽs sermões mei nõ est ĩ eis prauũ quid neq; puersũ. Est ergo hæc religio iure diuino approbata & confirmata. Preterea religio illa quæ semper in sua stabilitate perseuerauerit firma ita ꝙ nunq̃ dissolui potuit per aliquã persecutionem neq; per aliq̃ legis editionem: censetur ipso iure diuino esse approbata & per dei prouidẽtiam confirmata. Sic enim actuum quinto

gamaliel legis doctor uir honorabilis conantibus religionem christianam dissoluere : dixit de illa. Si est ex hominibus consilium hoc aut opus: dissoluetur. Si uero ex deo est: non poteritis illud dissoluere: ne forte & deo repugnare uideamini. Religio autem mõachoꝝ carmelitarum perseuerauit in sua stabilitate semper firma. Ita ꝙ nec tempore legis ueteris neq; tẽpore nouæ legis potuit dissolui per aliquã psecunonem uel legis editionem: sicut patet supra libro tertio capitulo primo: & secundo: & libro quarto capitulo septimo & octauo: & libro. viii. capitulo primo & quinto: & libro nono capitulo tertio & qointo: &. vii. &. viii. & in hoc decimo libro capitulo primo & secundo & tertio. Cum ergo religio ista in sua stabilitate perseuerauit firma: patet ꝙ ẽ iure diuino approbata: & per dei prouidentiam confirmata. Alioquin in tam prolixo tẽpore qđ fluxit ab eius origine posset utiq; religio ista esse poenitus dissoluta iter tot aduersa: dicente domino Mathei. xv. Omnis plantatio quã non plantauit pater meus coelestis: eradicabit. Adulterinæ ẽt plantationes nõ dabunt radices altas: nec stabile firmamentum collocabũt: & si in ramis in tempore germinauerint infirmiter positæ: a uento cõmouebuntur: ut scribitur sapientiæ. iiii. Sed horum contrarium pollicitus fuit deus huic religioni hieremyæ. xxxv. dicens. Non deficiet uir de stirpe ionadab filii rechab stans in conspectu meo cunctis diebus de quo dictum est supra libro quarto capitulo quĩto & octauo. Orta etiam fuit hæc religio per ãnos circiter. dcccc. xliiii. ante christi incarnationem: ut patet libro primo capitulo primo. Est ergo religio ista iure. diuino approbata & confirmata.

Capitulum. vi. ꝙ. Ius canonicum approbat ordinem religiosoꝝ carmelitaꝝ.

RELIGIO quoq; ista censetur etiam iure canonico approbata. Primo quia Albertus patriarcha scilicet in monte carmeli morantibus monachis carmelitis: religionem eoꝝ approbando tradidit sua potestate ordinaria regulam antequã per dominum Innocentium papam tertium celebraretur romæ generale concilium lateranense: ut patet supra libro. viii. capitulo quinto. Quod utiq; dictus patriarcha tunc secundum ius canonicũ licite fecit & facere potuit. Nam regularũ editio uel religionum institutio aut approbatio non fuit prohibita nec reseruata sedi apostolicæ ante dictum generale consilium lateranẽse. In quo prædicta fuerunt primo prohibita & sedi apostolicæ reseruata : ut patet extra de religiosis domibus capitulo Ne nimia. Ergo ante illud generale consilium licuit de iure dicto Alberto patriarchæ sua potestate ordinaria carmelitis regulam tradere: & eoꝝ religionem approbare ac institutionem confirmare. Quia quod non est superiori reseruatum nec inferiori ordinatio prohibitum: intelligitur de iure esse sibi concessum: ut patet extra de sententia exco. ca. Nuper. De sponsa. capitulo Cum apud. xvi. q. i. Sunt nonnulli ex quibus cau. ma. nec non. ff. ex eis. Amplius licet dictum generale consilium lateranense prohibuerit nouas religiones decetero inueniri ut patet extra de religiosis domibus capitulo Ne nimia: tamen quas inuenit legittime prius institutas non reprobauit: & hoc rationabiliter: quia Constitutio futuris dat formam negociis: & præterita dispendiis non commendat: ut dicitur extra de consti. cap. Cognoscentes. Oportet ergo dicere ꝙ dictum concilium generale religiones ante ipsum ligittime institutas quas tunc prohibere poterat & non prohibuit sed manere: tacite consensit. tunc etiam ratas habuerit & tacite approbauerit. Quod enĩ non potest permanere concilio generali prohibente: si nõ ꝓhibeat ab eo: permanet eo tacite consenciente & approbante. In hoc enim casu taciturnitas habetur p consensum: ut notatur. xxvii. d. diacho: extra de præsump. Nonne: & per ioãnem andreæ: extra de regulis iuris. Is qui tacet libro. vii. Sed religiones ante dictũ cõsilium legittime institutæ non potuissent permanere: si illud consilium eas prohibuisset : quas prohibere uniq; poterat quẽadmodũ & consilium lugdunense: postea alias prohibuit quæ non manserunt: ut patet extra de religiosis domibus capitulo. Religonũ diuersitatem libro. vi. Ergo religiones antea legittime institutas: quas illud generale consilium lateranense permanere non prohibuit dum in capitulo. Ne nimia de religionibus disponebat: tacite approbauit: præsertim cum oppositum tũc nõ protestaretur: sicut ecõtra fiebat protestatio: extra de electionibus capitulo Idempnitatibus. & supra dicto libro. vi. de statu regu. capitulo Attendẽtes scilicet illas quoq; in cle. Ordo autem carmelitarum fuit legittime institutus aute illud generale consilium lateranense ut ostensum est i ꝓcedenti ratione: & hoc idem patet extra de religiosis domibus capitulo Religionum. Cæterum libro. vi. Ergo iste ordo fuit tacite approbatus a generali illo lateranẽsi consilio. Præterea religio

illa quæ habet regulam sibi a sede apostolica expresse approbatã:ipso iure canonico approbatur: ut patet extra de excessibus prælatoꝶ capitulo Nimis iniqua·& capitulo Nimis praua. Sed religio carmelitaꝶ habet regulã sibi a sede apostolica expresse approbarã ut patet supra libro.viii.capitulo.v.&.viii.Est ergo hæc religio expresse approbata ipso iure canonico. Amplius quod a romano pontifice roboratur:ipso iure canonico approbatũ censetur:ut patet extra de electiõibus capitulo significasti.xix.d.capitulo.Si romanoꝶ.Sed ordo carmelitaꝶ & heremitarũ sancti Augustini ordines quorum institutio dictum generale consilium præcessit:in solido statu uolumus permanere.Est ergo hic ordo approbatus ipso iure canonico.

¶ Capitulum septimum ꝙ lugdunense consilium celebratum per Gregorium papam decimum: non reprobauit sed approbauit ordinem nostrum.

OCcurrunt auté aliqua dubia dissoluenda ad elucidãdam ueritatem dictoꝶ in præcedenti capitulo.Et primo non uidetur ipso iure canonico approbatus ille ordo qui a sede apostolica cõceditur in suo statu permanere donec de ipso aliter fuerit ordinatũ Sed Gregorius papa decimus in consilio lugdunensi per ipsum celebrato Anno domini.M.cc.lxxiiii.dixit de carmelitis extra de religiosis domibus capitulo religionũ diuersitatem. Cæterum libro.vi.Cæterũ carmelitaꝶ & heremitaꝶ sancti Augustini ordines quorũ institutio dictũ generale consiliũ præcessit:in suo statu manere concedimus donec de ipsis aliter fuerit ordinatum.Intendimus enim tam de ipsis q̃ de aliis non mendicãtibus prouidere prout animarũ saluti & eoꝶ statui uidebit̃ expedire.Ergo dictus carmelitaꝶ ordo nõ uidetur approbatus ipso iure canonico.Huius rationis maior est falsa sicut ex iam dicendis in hoc capitulo apparebit.Ad maiorem auté dico ꝙ clausula illa Donec de ipsis &c.non aufert nec abstulit carmelitis quando ordo eorũ sit:& esset tunc & antea approbatus·quod probo triplici ratione.Primo quia si clausula illa Donec de ipsis &c.aufert carmelitis approbationẽ sui ordinis:sequit̃ pari ratione ꝙ auferret aliis non mẽdicantibus religiosis approbationẽ sui ordinis:& ita nullus ordo eorum qui non mendicant esset a sede apostolica approbatus:quod est notorie falsum.Consequentia tamẽ clare patet·quia sicut de carmelitis·ita de aliis nõ mendicãtibus intẽdebat ut dicebat papa grægorius aliter ordinare pront saluti animaꝶ & eoꝶ statui uideret expedire:qui interim in suo statu manebant sicut carmelitæ:donec esset de ipsis aliter ordinatũ.Secũdo si clausula·illa.Donec de ipsis &c.auferret carmelitis approbationẽ sui ordinis·sequitur etiam ꝙ auferret quibuscunq; aliis religiosis approbationẽ:sui ordinis & ita nullus ordo in ecclesia esset approbatus a sede apostolica quod est manifestæ falsum.Consequẽtia tamẽ probatur clare·quia clausula illa Donec de ipsis & cætera est ita de natura approbatiõis ꝙ nullus ordo potest sine dicta clausula expressa uel intellecta approbari a sede apostolica.Nam non obstante cuiuscunq; ordinis approbatione potest sedes apostolica aliter de ipso ordinare:immo ipsum totaliter ꝓhibere: ut patet in dicto capitulo Religionũ diuersitatẽ.Confirmatos:& institutiõe papæ Ioannis.xxii.quæ incipit.Quia quorundam Adhuc.Igitur quãtumcunq; aliquis ordo sit per sedem apostolicã approbatus : iure ligitur in suo statu manere donec aliter de ipso per eandẽ sedem fuerit ordinatũ:quia per hoc ꝙ ipsum sedes apostolica approbat:ipse non aufert sibimet potestatẽ aliter de ipso ordinandi uel ipsum destruendi:ut patet lxiii.d . Verum:ubi de hoc in glosa fiet extra ut lite pendente capitulo a memoria in glosa quæ incipit Et ita.Sedes enim apostolica potest consultius reuocare quod fecit inconsulte ut dicitur.xxxv.q.capitulo.Sententiã.Tertio quia post dictũ consilium lugdunense cũ adhuc in dicto.Cæterum:maneret inserta illa clausula Donec de ipsis &c.quæ postea fuit per papam bonifacium octauum deleta:scripsit Nicholaus papa quartus Anno domini.M.cc.lxxxviii. ecclesiarum prælatis ut in ipsorum ciuitatibus & diocesibus permitterent carmelitas prout decet uiros religiosos approbati ordinis diuina officia in suis oratoriis libere celebrare ut ostensum est supra in hoc decimo libro capitulo secundo.Certum est autem ꝙ papa Nicholaus non ignorabat dictam clausulam Donec de ipsis &c.esse tunc in iure insertam·quia papa censetur in scrinio sui pectoris omnia iura habere:ut dicitur extra de constitutionibus capitulo licet libro.vi. Si itaq; clausula illa.Donec de ipsis &c.abstulisset carmelitis quam habebant prius approbationem sui ordinis:non dixisset tunc papa Nicholaus Carmelitas esse uiros religiosos approbati ordinis.Et tamen dicit eos uiros religiosos approbati ordinis.Ergo clausula illa non auferebat eis approbationem sui ordinis.Dico ergo ꝙ non obstante dicta clausula ordo carmelitarum appro-

batur per lugdunense consilium. Nam ordo iste per sedem apostolicam defendebatur tunc a p̄hibitione: pro eo quia eius institutio præcesserat generale cōsilium lateranense ut ibidē patet. Igitur approbabatur tunc ordo iste a sede apostolica: quæ illud solū defendit: quod est approbatū & irrep̄hensibile: ut dicit̄. xxiiii. d. Siquis p̄sbyter. lxxxi. d. Quis sine. xxv. q. p̄. Omne.

¶ Capitulum. viii. ꝙ Bonifacius papa octauus corrigendo dictum lugdunense consilium: confirmauit ordinem fratrum carmelitarum.

Contra etiam dicta in ultima ratione sexti capituli uidetur esse ꝙ in plerisq; libris extra de religiosis do. capitulo Religionū. Cæterum: in libro. vi. nō repitur scriptum ut quidam asserunt. In solido stato uolumus permanere: sed in solito statu uolumus p̄manere. Per hoc autem ꝙ papa uult carmelitas in solito statu permanere: nullam nouam approbationem eis tribuit: ergo nō uidetur uigore illoꝝ uerboꝝ approbationē sui ordinis obtinere: cuios oppositū dicebatur in ultima ratione dicta. Ad hoc dico ꝙ textus in quibus scribitur in solito statu: sunt corrupti & mendosi: & siue hoc acciderit ex uicio scriptoris: siue ex inuidia emuloꝝ: certum tamē est ꝙ uere debet scribi in solido statu: quia sic scriptus emanauit a papa Bonifacio octauo ille textus Anno domini. M. cc. xcviii. quando edidit sextum librum: ut patet ī decretalibus bullanis. Et hoc idē etiā patet p̄ Ioannē mōachi qui primus glosauit sextū ī diuisiōe illius decreti: ait. Cæterū carmelitarū & heremitaꝝ sancti Augustini ordines cōsolidat. Guido etiā ī glosa super illo uerbo In solido statu ait. Hæc littera mutat antiquā ubi dicebatur In suo statu &c. Et sic isti ordines sunt totaliter confirmati ut hic patet: hæc guido. Ex quibus patet ꝙ textus habet In solido: idest in firmo statu: & non in solito idest consueto. Quod etiam probo ratione: quia secundū ꝙ Bonifacius in prohemio sexti dicit: ipse de quibusdā cōtractiōibus suoꝝ prædecessoꝝ aliqua detraxit & aliqua correxit. Sicut de dicto. Cæterū dextraxit totam illam clausulam Donec de ipsis & cætera. Correxit etiam dictū. Cæteꝝ irritando uerba illius quæ dicebant In statu suo mā ere cōcedimus: loco quoq; posuit hæc noua uerba In solido statu uolumus p̄mā ere. Si autem dixisset In solito statu uolumus permanere: nulla esset correctio: neq; mutatio haberet effectum: quia remanere in solito statu: erat eis concessum per priora uerba quæ dicebant In suo statu permanere concedimus: ergo non dicit in solito: sed in solido statu uolumus permanere. Sicut ioannes monachi super uerbo solido ait. Non dicit solito: quia hic alquid detrahitur & motatur de consilio præsenti: quia Gregorius in antiqua istos duos ordines in suo statu manere concessit: donec de ipsis fuisset aliter ordinatum. Præterea papæ narranti in suis litteris & recitāti aliquod scriptum uel factum super quo fundat intentionē suam: ē plena fides adhidēda: ut patet extra de probationibus capitulo litteris nostris in clemētinis. Sed dominus ioānes papa. xxii. in priuilegio exemptionis ordinis carmelitaꝝ recitans ius quod ipsi habent in dicto. Cæterū: & super ipso inter cætera intentionē suam fundās: dicit sic. Nos autē ad dictum ordinem quem in statu firmo silido & stabili decreuimus & uolumus permanere considerationis intuitum dirigētes ad ea libenter intendimus per quæ professores iam dicti nullum ineternæ pacis patiantur excidium: ut patet supra in hoc decimo libro capitulo tercio. Igitur papæ sic ut præmittitur narranti: & ex intentione recitando dicenti. Ordinem carmelitarum in statu firmo solido & stabili uolumus permanere: est plena fides adhibenda. Ex quibus patet ꝙ uerba scripta in dicto. Cæterum sunt ista. In solido statu uolumus permanere. Nihilominus tamen si in dicto. Cæterum papa dixisset In solito statu uolumus permanere: haberet locum ultima ratio sexti capituli: quia solitus idest consuetus status carmelitarum qui præcessit istam ordinationem erat status solidus & firmus & approbatus: ut in sexto capitulo est ostensum & in septimo. Ergo dicendo in solito statu uolumus permanere: roborasset utiq; statum illum: ut patet.

Hec de nostræ religionis origine: ac primeua institutione in primo libro. Et de primis fundatoribus ac professoribus religionis prædictæ in secundo libro. Et de locis in quibus conuersati sont monasticæ in tertio libro. Et de rectoribus eorum: & qualiter gubernati fuerunt tempore legis antiquæ in quarto libro. Et a quibus fuerunt baptizati & perducti ad noticiam uerbi incarnati orta noua lege: in quinto libro. Et de titulis eorum: ac cur dicuntur fratres beatæ Mariæ in sexto libro. Et de habitu huius religionis & significatione eius: & qualiter fuit in aliquibus uariatus: in septimo libro. Et de scriptoribus institutionis eoꝝ.

ac regulæ & de eius explanatione:in octauo libro:Et de edificatione monaſteriorꝫ per prouintias ſyriæ & europæ ac deſtructione mōaſteriorum terræ ſanctæ in nono libro.Et de protectione exemprione ac confirmatiōe religionis prædictæ: in decimo libro.A me Fratre Philippo Riboti Magiſtro in ſacra pagina nec non Priore Prouintiali in prouintia Cathaloniæ exiſtēti: poſt patres ueteres huius ordinis dicta & ſcripta ſufficiant.Immenſas autem de hoc opere reddo gratias ſummæ Trinitati Patri & Filio & Spiritui ſancto:uni omnipotēti : & æterno deo creatori & redēptori ac glorificatori meo:qui me ab initio huius operis dirigens ꝑ medium:perduxit uſqꝫ ad finem.Cui ſit laus:honor:uirtus & gloria per infinita ſæcula ſæculorum Amen.

¶Explicit decimus & ultimus liber de inſtitutione & peculiaribus geſtis religioſorum carmelitarum.

INcipit ſpeculum hiſtoriale declaratiuum ſtatus Fratrum Ordinis beatæ Mariæ genitricis dei de mōte carmeli. ¶Primum capitulū de origine huius ſanctæ religiōis:& primo de fundatore eiuſdem ordinis ac ſequacibus & diſcipulis primi fundatoris iſtius profeſſionis.¶Secundum capitulum in quo loco hæc ſancta religio primum habuit exordium:& de raptu prophetæ dei helyæ in cœlū. ¶Tertium capitulum de huius religionis ſanctæ in diuerſis locis per helyſeum prophetam facta multiplicatione tempore legis antiquæ . ¶Quartum capitulum de tempore in quo ꝓfeſſores huius religionis ab apoſtolis baptizati fuerunt:& fidem chriſti humiliter & deuote ſuſceperunt.¶Quintum capitulum quare hæc religio ordo beatæ mariæ nuncupatur:& cur ꝓfeſſores huius religionis Fratres de monte carmeli appellantur.¶Sextum capitulum de regula ſecūdū ꝙ profeſſores huius religionis uiuunt:& de temporibus in quibus ac perſonis a quibus eam receperūt.¶Septimum capitulum de regulæ huius religionis mitigatione:ac pluribus confirmationibus datis a ſummis romanis pontificibus.¶Octauum capitulum in quibus temporibus profeſſores huius religionis partes occidentales habitare ceperunt:& loca quæ habebant in terra ſancta amiſerūt. ¶Nonum capitulum de habitus profeſſorum huius religiōis integritate:& coloris eius uarietate:ac uarietatis facta mutatione.¶Decimum capitulum de aduentu futuro fundatorum huius ordinis & ipſius cum antechriſto controuerſia diſputationis:atqꝫ de morte & gloria eius reſurrectionis.

¶Capitulum primum de origine huius religionis.

IN diebus Achab regis iſrael:cuius regnum præceſſit incarnationem domini noſtri ieſu chriſti per annos circiter nongentos triginta octo:fuit uir ex tribu aaron de ciuitate theſba quæ ē in regiōe galaad:& nomen eius ſabacha.Et habuit filium cui nomen helyas theſbites dictus a theſba ciuitate iam dicta.Ante cuius natiuitaté : ſabacha pater eius uidit in ſomnis uiros candidos ſe ſalutātes.Cui tunc reuelauit deus quæ poſt agēda erāt per helyam filium eius.Viri enim candidi ſunt fratres beatæ mariæ de monte carmeli:pollentes candore duplici:mentali uidelicet illibatæ caſtitatis:& corporali capæ albæ deſuper eos tegētis. In quo helyam uelut rectæ uiuendi exemplar imitantes:ſabacham patrem eius ſunt ſalutātes:dū uitæ helyæ tramitē non deſerentes:ſalutem animæ ſunt poſſidentes.Sanctus enim propheta dei ſamuel conuentus religioſorum in iudæa primus inſtituit:quorum cotinentis in ſacra ſcriptura dicitur cunens:quaſi conneus:quia ipſi ſimul congregati habitabant.Eorum officium erat ꝓphetare id eſt deo pſallere & ipſum iugiter laudare:quidam etiam eorꝫ ſpiritum ꝓphetiæ habebāt. Qui religioſi in aliis ſacræ ſcripturæ locis dicūtur filii prophetarum ideſt diſcipuli eorum:quia poſt ſamuelem alii prophetæ excellentes eos regebāt: & diuerſos eorꝫ conuētus edificabant. Vnde propheta dei helyas conuentus religioſorum habitantium in galgala:bethel & iericho: longo tempore dulciter gubernauit.Poſt autem hæc modo uiuendi horum religioſorum celſiorem uitam religioſam inueniens:ſæculo renunciauit:& ſe deo profitens religioſam uitam heremiticam & ſolitariam.primus ducere cœpit:in uirginitate perſeuerās.Cuius ſanctitas uitæ tm̄ reſplēduit:

ut illius merita de quo a christo dictum est. Inter natos mulierum non surrexit maior ioanne
baptista huic helyæ cōparata sufficienter explicata fuerint: dum Gabriel Zachariam alloquens
ioannem in spiritu & oirtute helyæ præcedere deum asseruit. Hic ꝓpheta dei helyas celsitudinis
religiosæ uitæ per ipsum tunc nouiter inuente: imitatores iuxta reuelatiōem suo patri factam ha
bere cupiens: quosdam prophetas in discipulos elegit. Inter quos suppremus fuit helyseus filius
saphat de abelmaula. Qui tū natus fuit in galgala: in quo loco dum helyseus nasceretur: tale con
tigit prodigium: ut ona ymago ex uitulis aureis acute mugiret. Quo audito in hyerusalem sacer-
dos diuino nutu ait. Propheta natus est in israel: qui sculptilia deorum destruet & fusilia. Quæ
uerba fuerunt adimpleta: cum unus ex filiis prophetaꝝ per helyseum ut scribitur. iiii. regum ca-
pitulo. ix. in ramoth galaad missus: ex ꝑcepto helysei hyen in regem unxit. Qui post sui unctio-
nem: omnes prophetas baal ut habetur in eodem libro capitulo decimo occidi fecit: & statuam
de fano baal proferens combussit: atqꝫ edem destruens: sculptilia baal & fusilia de israel deleuit
hunc helyseum inueniens helyas in agro arantem: præcepto dei in prophetam consecrauit: & ac
cipiendo in discipulum: pallium suum super eum posuit: cuius pallii color exprimetur in. ix. cap.
Helyseus ergo statim post impositionē pallii: relictis bobus & agroꝝ cultura: cucurrit post helyā
dicens. Osculer oro te patrem meum: & matrem: & sequar te. Cui dixit helyas. Vade & reuertere.
Qui consurgens abiit: & reuersus secutus est helyam eius religiosam uitam suppreme imitando:
& ministrabat ei. Sanctus etiam Ionas ꝓpheta filius mulieris sareptanæ helyæ fuit discipulus: quē
adhuc puerum helyas a mortuis resuscitauit: & post resurrectionem in discipulū acceptauit. Qui
normam religiosæ uitæ helyæ suscipiens: ipsum deuote fuit imitatus. Hunc ionam puerum hely
as dimisit in bersabee iuda: cum fugeret a facie reginæ iezabel nitētis ipsum occidere: ne scilicet
ætas ionæ tenera deficeret rigore grādis uiæ: & uitæ heremiticæ quam oportebat helyā pro tūc
pucere. Ambulauit enim quadraginta diebus & . xl. noctibus nihil comedens: usqꝫ ad montē dei
oreb: ubi in quadam spelunca aliquādiu habitabat. Abdias uero propheta dei. ptimo fuit procu-
ratot domus regis achab. Qui cum iesabel interficeret prophetas dei: abscondit centum prophe
tas in duabus speluncis quinquagenos: & pauit eos in pane & aqua: propter quod postea spiritus
prophetiæ datus ē ei. Hic abdias post mortem regis achab per ochosiam regem fuit missus cum
quinquaginta uiris ad helyam prophetam in monte carmeli. Qui sciens duos quinquagenos an
te eum missos uirtute orationis helyæ ab igne de cœlo descendente deuoratos: præcatus ē helyā
cum summa humilitate dicens. Homo dei: obsecro ut miserearis animæ meæ. Cuius misertus he
lyas: ab ignis inflammatione eum liberauit. Tandem relicto regis obsequio: helyā sequens: factus
est eius discipulus: modum religiosæ uitæ helyæ imitaus. Sanctus ergo prophera dei helyas: quia
caritatis ardebat feruore: quia uirginalis castitatis pollebat uirore: quia paupertatis utebatur fun
damentis: quia abstinentiæ corporalis gloriabatur angustiis quia asperitatis operiebatur indumē
tis: horum sanctoꝝ prophetarum & nostrum: qui eis succedimus: ut declarabitur in capitulis se-
quentibus: in deum prouocauit affectum. Ipse enim quædam uiuendi exemplaria in quibus sum
ma perfectio huius sanctæ religionis cōsistit: gesta scilicet sui & merita ad exornādas animas no
stras demonstrauit in cordibus nostris: ut uocem eius cum effectu audiendo: ad imitationem
eius castitatem deo uouentes: & sæculo renunciantes: a conspectu hominum separati: uitam here
miticam & solitariam duceremus. Et hoc Isidorus. vii. ethimologiorū capitulo. xiii. ait. Religiosi
heremitæ imitantur helyam. Quicquid enim in hac sacra religione uirtutis est & gratiæ: ab ipso
sancta helya quasi a quodam fonte lucidissimo omnium riuulorum emanauit. Quod attendens
ecclesiasticus libri sui capitulo: xlviii. sanctum helyam alloquens in hiis protumpit dicens. Beati
sunt qui te audierunt & in amicicia tua decorati sunt.

¶ Secundū capitulū de loco in quo hæc sancta religio primū habuit exordiū: de raptu helyæ.

EST mons quidam in terra sancta & confinio palestinæ prouinciæ & phenicis: situs iux
ta mare: uocatus hæbrayce chermel: latīe carmelus: distans a ciuitate nazareth tribus
miliaribus: & a ciuitate accon. iiii. miliaribus: & a ciuitare saucta hyerusalem triginta
duabus leucis: habens prope se ciuitatem quandā quæ olim porphiria dicebatur: nūc
autem cayphas appellatur. Hic mons fertilis est in pascuis: herbis: & fructibus oleis consitus: ar-
bustis uineisqꝫ condensus. Habet etiam plurimum heremi & solitudinis. In parte huius montis

quæ supereminet ciuitati cayphas siue porphirie est unus fons qui helyæ fotis nuncupatur:quia de huius fontis aqua helyas bibebat:quãdo in hoc monte habitabat. Huius loci sanctitate & deuotione tractus propheta dei helyas in quibusdam speluncis & cauernis montis huius iuxta præ libarum fontem uitam heremiticam & religiosam cum suis discipulis longo tempore duxit: in orationibus:ieiuniis & aliis diuersis asperitatibus ibidem persistens. Et uaticinium de quo legitur in historiis scolasticis super secundum capitulum quarti libri regum quod ante helyæ ortũ fuit de ipso in hyerusalem prophetatum:puer hic indicabit Israel in gladio & igne:per ipsum sanctum helyam in hoc monte carmeli fuit adimpletum. Cõuocato enim populo israel helyas ignẽ cœlestem in hoc mõte ad uorandum suum holocaustum:a deo impetrauit. In quo etiam monte populum israeliticum per ꝓphetas baal in errore detentũ:ad unius ueri dei cultũ reduxit: ipsos uero prophetas baal in hoc monte occidi prohibuit.ne mons eorum sanguine ꝓphanaretur:sed eos in torrente cyson gladio interfecit. Et ascendens helyas in uerticem carmeli orauit dominũ ut plueret super terram:quæ tribus annis & sex mensibus fuerat sine pluuia. Qui dum oraret:misit ionam discipulum suum septies ad partẽ montis:aspicientẽ mare. In septima enim uice: uidit ionas nubeculã paruã quasi uestigium hominis ascendẽtẽ de mari. Qua aspecta:cognouit helyas suam orationem exauditã. Subito enim facta fuit pluuia grandis super terrã. Cũq; helyas in hoc monte diu mansisset: & ministerium dei pro quo creatus fuerat compleuisset:uoluit eum deus seruare per turbinem ignis in paradisum uoluptatis:descendit ergo cum helyzeo de hoc monte:& peruenerũt ambo in galgala. Sciens enim helyas suam trãslationem iminere:uoluit ante suũ raptum in galgala.bethel & iericho adire:ut religiosos discipulos suos filios prophetarum in hiis tribus locis cõmorantes consolare:ne de sui corporali abscentia tristarenť. Et quia helyseus eius fidelis discipulus non poterat amplius ei corporaliter assistere:uoluit helyas in aliquo conuentu horum locorum eum cum aliis suis discipulis filiis prophetaꝝ in eisdẽ locis cõmorãtibus dimittere. Tanta uero erat uis amoris præcipui in magistrum: ꝙ nec ꝓcibus horum religiosorum:nec exortatione sui magistri helyæ uoluit ab eius corporali præsentia separari: donec currus igneus & equi ignei diuiserunt utrunq;. Incedentes ergo pariter:peruenerunt ambo ad iordanẽ:quẽ percussit helyas suo pallio:diuisæq; sunt aquæ iordanis ĩ duas partes:& transierunt helyas & helyzeus per siccum. Videns itaq; helyas appropinquare horam suæ translactionis: dixit ad helyzeum. Postula a me quod uis:anteq̃ tollar a te. Et postulans helyzeus ait. Obsecro ut fiat spiritus tuus duplex in me:quod & ita factum fuit. Cunq; pergerent & incedentes sermocinarentur:ecce currus igneus & eq̃ ignei diuiserũt utrũq;.et receptus ẽ helyas ĩ curru equoꝝ igneoꝝ. Quod cernẽs helyzeus:clamabat dicens. Pater mi pater mi:geminando uerba præ tristicia. Tunc ad sui consolationem deiecit ei helyas pallium suum:& non uidit amplius eum. Ascendit ergo per turbinem ignis in paradisum uoluptatis. Qui locus est in partibus orientis constitutus: cuius uocabulum ex græco in latinum uertitur ortus: porro hæbrayce eden dicitur:quod ĩ uestra lingua delitiæ ĩterpretatur: quod utrunq; iunctũ:facit ortum delitiarum. Est enim locus amenissimus lõgo maris & terræ tractu a nostro habitaculo secretus:a deo editus ut & usq; ad lunarem globum attingat:unde & aquæ diluuii illuc minime peruenerunt. Omni etiam genere ligni & pomiferarũ arborum est consitus:habens lignũ uitæ:quod sic dictum est:quia diuinitus accepit hanc uim ut qui ex eius fructu cõmederet:corpus eius stabili sanitate & perpetua soliditate firmaretur: nec ulla infirmitate uel ætatis imbecillitate in deterius uel ĩ occasum laberetur. Habet insuper lignũ scientiæ boni & mali:quod a natura hoc nomen non accepit:sed ab occasione rei postea secute. Arbor enim illa non erat mala:sed scientiæ boni & mali ideo dicta est:quia post prohibitionem erat in illa transgressio futura:qua primus homo experiendo disceret:quid esset inter obediẽtiæ bonum & inobidiẽtiæ malum. Cognouit .n.primus homo priusq̃ tangeret hoc lignũ bonũ per prodentiam & experientiam:malum uero per prudentiã tantum:sed usurpato ligno uetito: malum per ignorantiam nouit. Qui tunc didicit quid sit inter bonũ obedientiæ & malũ in obedienti æ. Ex huius paradisi medio fons prorũpens:totũ nemus irrigat:dimiditurque in.iiii. nascentia flumina. Et ibi neque frigus est neque estus sed perpetua aeris temperies:cuius locus post pecatum hominis additus interclusus est. Septus est enim undique rumphea flamma idest muro igneo accinctus. Cherubin quoque idest angelorum præsidium arcendis spiritibus malis super rumphee flagranciam ordinatum est:ut homines flãmiæ angelos uero malos boni angeli submoueant:ne alicui carni uel spiritui trangressionis aditus ad eũ pateat. In quo loco ĩ magna quiete carnis & spiritus:helyas cum enoch qui ibidem eum longe ante præcessit:uiuet: donec tẽpus

antechristi adueniat. Non est autẽ arbitrandũ helyam uel sic esse iam sicut erunt sancti quando peracto operis die denariũ pariter accepturi sunt uel sic esse quemadmodum sunt homines qui ex ista uita nondũ emigrarunt: de qua ille tñ non morte sed translatione migrauit. Iam enim aliquid melius habet q̃ in hac uita posset q̃uis nondũ habeat quod ex uita recte gesta in fine habiturus est. Talem autem puto habitudinẽ adhuc in corpore mortali atque animali habere helyam & enoch: qualẽ habuit adam ante peccatũ: non qualẽ habebimus post resurrectionẽ. Nec senectute marcuerunt: nec cibis corporalibus fortasse egent: sed habent societatẽ qualẽ habuit helyas quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Vel si huis opus est: pascuntur sicut adam ante peccatum de lignorũ fructibus contra defectionem: & de ligno uitæ contra uetustatẽ. Helyseus autẽ post uirã helyæ apprehendit uestimenta sua: & præ dolore scidit in duas partes: & accepit pallium helyæ: quẽ sibi dũ ascenderet deiecerat: abiciens uestem suã: ut uteretur deinceps ueste helyæ. Et reuersus percussit iordanem helyæ pallio: & diuisæ sunt in duas partes aquæ iordanis: & transiit helyseus per siccum alueum fluminis. Videntes autem filii prophetarum qui erant in iericho de contra: dixerunt. Requieuit spiritus helyæ super helyseum. Et uenientes in occursum eius: adorauerunt eum pronu in terram: recipientes eum loco helyæ in patrem & magistrum. Et mansit helyseus cum eis in iericho per dies aliquot. Et postq̃ dulcorauit amaras aquas ciuitatis iericho: ascendit ad uisitandum religiosos commorantes in bethel. Et inde abiit in montem carmeli: ubi domini in speluncis contemplans: cum aliquibus suis & helyæ discipulis: longo tempore mansit. Est etiam alius carmelus transiordanem iuxta desertum solitudinis: in quo latuit dauid fugiens a facie saul: ubi fuit habitatio nabal uiri stulti. Cuius carmeli memoriam hic introducere uolumus: ne cum de nostro carmelo loquimur sub equiuocatiõe noĩs alius intelligatur.

¶ Tertium capitulum de huius religionis sanctæ in diuersis locis per helyzeum prophetam facta multiplicatione tempore legis antiquæ.

DVm helyseus contemplationi dei insisteret: ascendit ad eum in monte carmeli mulier quædam magna de ciuitate syria: distante a mõte carmeli quatuor leucis. In cuius mulieris domo: helyseus hospitabatur quando per illam ciuitatem transibat. Ob cuius hospitalitatis remuneratione: uirtute uerbi helysei: mulier de uiro suo iam sene: filiũ susceperat. Cum ergo fuit mulier ante helyseum: proiecit se in terram: & apprehendens pedes helysei ait. Nunquid petiui filium a domino meo. Quasi diceret. Mihi non petenti dedisti filium in perniciem meam. Et iterum. Nunquid non dixi tibi ne illudas me. Illusionem uocabat dari filium a domino: & tamcito auferri. Mortuus enim erat filius eius. Et addidit mulier. Viuit dominus & uiuit anima mea: non dimittam te donec descendas. Qui secutus est eam in domum suã. Et postquam resuscitauit mulieris filium: reuersus est in galgala. Quem locum sæpe frequentabat helyseus: quia in eo natus fuit: & etiam propter conuentum religiosorum ibidem habitantium: quod morando cum eis frequenter alebat. Quadam enim die cum esset fames in terra: dixit helyseus uni ex discipulis suis. Coque pulmentum filiis prophetarum. Qui egressus ut colligeret herbas agrestes: inuenit quasi uitem siluestrem. Et collegit ex ea colloquintidas implens pallium suum: nesciebat enim quid esset: & concidit in ollam pulmenti. Cum ergo gustassent socii recũbentes de coctione hac: clamauerunt dicentes. Mors est in olla uir dei: idest amaritudo mortifera. Et allatam farinam misit helyzeus in ollam & dulcorata est esca. Cunque speculati essent filii prophetarum religiosam uitam hereniticam helysei esse perfectiorem q̃ esset eorum uita: dixerunt ad eum. Ecce locus in quo habitamus coram te: angustus est nobis. Eamus usque ad iordanem: & tollant singuli de silua materias singulas ut edificemus nobis ibi domos ad habitandum. Et abiit helyseus cum eis. Hii ergo uiri sancti sæculo renunciantes uariis desideriis & affectionibus tracti: ac feruore religionis accensi: turbis & urbibus derelictis: eligebant sibi iuxta uoluntatem helysei loca heremitica proposito suo: & deuotioni magis conuenientia; ubi polenta & herbis agrestibus uictitabant. Aliqui enim eorum ad exemplum & imitationem sancti uiri & solitarii helyæ prophetæ elegerunt habitare in monte carmeli iuxta fontem helyæ: ubi uitam solitariam ducebant in aluearibus modicarum cellularum tamq̃ apes domini spiritualem dulcedinem mellificantes. A quibus processit huius sanctæ religionis genus: cuius sectatores anachoritæ idest heremitæ merito nuncupantur: eo q̧ nequaq̃ contenti fuerunt hac uictoria qua inter homines occultas diaboli insidias calcauerunt: sed aperto conflictu demonibus congredi cupiẽtes:

uaſtos ſeceſſus heremi & ſolitudinis huius montis continue & inceſſanter penetrare non timuerunt:ad imitationem helyæ & helyſei principium eorum.De quibos prophetis iſayas triceſimo ſecūdo capitulo ſui libri ait.Habitabit in ſolitudine iudiciū : & iuſtitia in carmelo ſedebit:& erit opus iuſtitiæ pax.& cultus iuſtitiæ ſilentiū : & ſecuritas uſque in ſempiternū.Et ſedebit populus meus in pulcritudine pacis.& in tabernaculis fiduciæ: & in requie opulēta.Aliqui uero ex hiis filius prophetarum hominum turbas fugientes:ut liberius contemplanoni eſſent uacantes : mortui quidem mundo:uiuentes autē deo:in agris & ſolitudine iordanis quietis ſibi ſepulcrum elegerunt.Quoniā enim helyas & helyſeus aquis iordanis helyæ pallio percuſſis : & in duas partes diuiſis tranſierunt per ſiccum:& Naaman leproſus in iordane lotus:uirtute uerbi helyſei a lepra mundatus:& ſanitati fuit reſtitutus:ideo multi ex filiis prophetarū propter huius fluminis ſanctitatem & aquarum oportunitatē:faciebant ſibi tabernacula prope fluenta iordanis:ubi deuotiſſime domino militabant.Et de numero horum religioſoꝝ fuerūt filii ionadab: qui dicti ſunt rechabitæ a rechab:qui quarto regum decimo capitulo ſcribitur aſcendiſſe currum cum hyen. Rechabitæ uero præceptis ionadab filius rechab patris eorū obedientes ipſi & mulieres & filii & filiæ eoꝝ uinū tempore perpetuo non biberunt: domos ad habitandum non edificauerunt: agros non arauerunt:immo nihil horū habuerunt:ſed extra urbes in tabernaculis habitauerūt. Ad extremum uero propter irruptionem regis nabugodonoſor & exercitus caldaici : hyeruſalem intrare compulſi ſunt.Hoc reor & ſeptuageſimi pſalmi titulū ſignificare qui talis eſt filiorū ionadab & prioꝝ captiuoꝝ.Ipſi enim hanc primā captiuitatem ſoſtinuiſſe dicuntur: ꝙ poſt ſolitudinis libertatem:urbe quaſi carcere ſunt recluſi.Captiuitatem uero ſiue tranſmigrationē inde in babylonē non ſuſtinuerunt:quia nabuzardan princeps regis babylonis:rechabitas cum hieremia propheta liberos abire permiſit.Quibus pro eo ꝙ obedierunt præceptis ionadab patris eorum:dixit per os hieremie deus . Non deficiet uir de ſtirpe ionadab filii rechab ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.Quod uerbum niſi in nobis heremitis cōpletum eſt:licet ad litteram de rechabitis uerificatum fuerit uſque ad ruinam ciuitatis hyeruſalem a uaſpaſiāo & tito perpetratam.Vnde cum beatus Iacobus alphei in dicta urbe a iudæis lapidibus obrueretur : quidam ſacerdos ex rechabitis nitebatur amore eum eripere.Quia beatus Iacobus uinum nunꝗ bibit : & alias obſeruantias grandes ſimiles rechabitarum obſeruanciis ſecutus fuit.Cum autē beatus apoſtolus Paulus ſanctorū legis ueteris teſtamenti ad hæbreos.xi.capitulo faceret memoriā horum omnitū ſanctorū religioſorū uitā noluit dimittere intactā:quam reſtringens in hiis deſcribit dicens.Circuierunt in melotis & in pellibus caprinis:egentes:anguſtiati:afflicti:quibus dignus nō erat mundus.In ſolitudinibus errantes:& in montibus:& in ſpelūcis & in cauernis terræ . Et hii omnes teſtimonio fidei probati fuerunt.Quæ uerba de filius prophetarum & helya ut dicitur in gloſa ſunt intelligenda.

¶Quartum capitulum de tēpore in quo profeſſores huius religionis ab apoſtolis baptizati fuerunt:& fidem chriſti humiliter & deuote ſuſceperunt.

SVcceſſores ſanctoꝝ prophetarum religioſi heremitæ in monte carmeli & in aliis heremis habitantes:ab ipſis prophetis atque paternis legibos traditū tenebant chriſtū pro humani generis redemptione incarnandum:quem ardenter totis cordis uiſceribus expectabant uenturum.Cum ergo uenit plenitudo temporis fuit homo miſſus a deo: huius ſanctæ religionis princeps eximius:cui nomē erat ioannes baptiſta.Qui fere omnibus diebus uitæ ſuæ in heremo:& maxime ſuper flumen iordanis habitauit:uinum & ſiſerā nō bibit:melle ſiluestri & locuſtis uictitauit:indumento de pilis camelorum opertus : & zona pellicea præcinctus fuit. Et poſt mortem inter corpora fundatorum huius ſanctæ religionis:ſcilicet helyſei & abdie prophetarum in ſebaſte ciuitate a ſois diſcipulis ſepeliri meruit.Anno ergo quintodecimo imperii tyberii cæſaris factum fuit uerbum domini ſuper ioannem ut uiam domini præpararet in heremo: præcedens chriſtum in ſpiritu & uirtute helyæ:cōuertens corda patrum in filios parans domino plebem perfectam Et uenit in omnem regionem iordanis prædicās baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum Ad quem cum exiret hieroſolyma & omnis iudæa & omnis regio circa iordanem : acceſſerunt religioſi heremitæ de monte carmeli & aliis in heremis habitantes : ut baptizarentur ab eo in iordane confitentes peccata ſua. Quibus ioannes chriſtum euangelizabat dicens . Veniet fortior me poſt me qui ante me

factus est: cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calciamentorum eius. Ego baptizaui uos in aqua: ille uero baptizabit uos in spiritu sancto & igne. Multa quidem & alia exortans euangelizabat eis. Tempotibus autem præcedentibus iudæa in diuersas inciderat captiuitates: sed his diebus desolationis anthiochi epyphanis regis syriæ recolebatur memoria recentius. Qui ad tantum iudæos redigerat opprobrium: ut legem domini & eius iustificationes obseruantibus mortis infligeret tormentum. Quisque uero cogebatur ydolis offerre sacrificium: uel mortis pati supplicium. Multos ergo iudæorum abhominationes has ferre non ualentes oportuit propriam patriam relinquere: & in aliis diuersis mundi regionibus habitare. Quorum plurimæ progenies in eisdem regionibus natæ ad iudæam cum aliis tempotibus in tranquillitate teneretur pacis remeantes: religiose studebant uiuere. Aliqui enim in heremis religiosam uitá heremiticam erant gerentes: alii uero in ciuitatibus & maxime in hyerusalem ad cenobialem uitam se religantes. Religiosi auté heremitæ de mõte carmeli & alii in heremis & tenebris cõmorantes: ne præcepta legis transgrederentur: singulis annis in hyerusalé ter uenire consueuerant: ut iuxta legis præceptú tres festiuitates peculiares: pasce pentecostes & scenophegie ibidem celebrarent. Anno ergo eodem in quo christus ascendit in cœlum: religiosi in iudæa habitantes ex omni natione quæ sub cœlo est: in hyerusalem conuenerunt: ut festum pentecostes ibidem celebrarent. Apostoli auté domini nostri iesu christi habitabant tunc in hyerusalem prope loca horum religiosorum: scilicet in cœnaculo grandi & strato in quo præcepit dominus sibi parare pascha: quod erat in monte syon. s. in illa parte quæ dicitur mello: ubi erat palacium quod dauid sibi construxerat. Itaque in die pentecostes factus fuit repente in dicto palacio de cœlo sonus tanq̃ aduenientis spiritus uehementis: & repleuit totum cœnaculum ubi erant apostoli & discipuli sedentes. Repletique sunt omnes spiritu sancto & ceperunt loqui uariis linguis prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Audito isto fragore in solito sonante in cœnaculo: obstupuerunt Et scire cupientes unde istud tonitruú processerat: ad cœnaculum apostulorum accesserút. Qui cum illuc peruenissent: stupebant omnes & mirabantur. quoniam audiebat unusquisque linguam suá in qua natus fuerat apostolos loquentes. Quidam auté irridebant dicentes apostolos uehementer esse ebrios. Beatus auté petrus apostolus cernens religiosos & alios iudæos qui superuenerant legem non ignorare: incepit detrahentiú opinionibus obuiare: ostendens apostolos nõ esse ebrios: & probans per scripturas prophetarum eos spiritu sancto esse repletos. Euangelizans etiam religiosis iesum a mortuis resurrexisse: & iesum esse deum qui de cœlo apostolis sanctum effudit spiritum. Auditis ergo sermonibus istis: religiosi cõpuncti sunt corde: & dixerunt ad petrum & ad apostolotum cetum. Quid faciemus uiri fratres. Ad quos petrus Penitentiam agite: & baptizetur unusquisque uestrum in nomine domini iesu christi in remissioné peccatorum & accipietis donum spiritus sancti: aliisque pluribus uerbis exortatus est eos petrus. Qui acceperunt sermones eius & baptizati sunt ipsa die in christo recipientes spiritum sanctum & loquentes diuersa genera linguarú. Erant auté perseuerantes in doctrina apostolorú & comunione & fractionis panis: cotidie quoque perdurantes in orationibus unanimiter in templo cum exultatione & simplicitate cordis. collaudantes deú & habentes gratiá ad omné plebé. Fuit ergo tempore prædicationis iesu christi q̃ fratres de monte carmeli in hyerusalem accesserunt: & quidam illorú anno septimo a passione domini: regnante romano imperio & tempore tyti & uespasiani imperatorum apud hyerusalem in porta aurea religiose consederunt: ubi tempore beati petri apostoli antiochiæ cathedrati: ipsi in circunquaque regione adiacenti diuersis locis catholice pro fide insistebant. Iosephus antiochẽus í speculo perfectæ miliciæ primitiuæ ecclesiæ capitulo xii. dicit. Perfectorum enim militum christi apostolorum coadiutores surrexerunt strenuissimi uiri solitarii: contemplationique dediti: sanctorum prophetarúm helyæ & helysei sequaces: qui de monte carmeli descendentes: per galileam samariam & palestinam: fidem christi constantissime sparserunt. Quique in uirginis mariæ honore: in carmeli montis decliuo fabricantes oratorium saluatoris matri specialissime seruierunt.

¶ Quintú capitulú quare hæc religio ordo beatæ Mariæ uirginis nuncupatur: & cur professores huius religionis fratres de Monte carmeli appellantur.

POst ascensiõem domini nostri iesu christi cum in iudæa & samaria a christi fidelibus edificaretur ecclesia: religiosi heremitæ de monte carmeli specialem deuotionem genitrici dei habentes: in eodem monte carmeli iuxta fontem helyæ capellam q̃dam in honore beatæ Mariæ uirginis primo deuotissime construxerunt. Vbi singulis diebus

horis statutis ad effundendū deo præces & eius matri:conueniebant. Auctor. Ipsi autem heremi
tæ olim ī ueteri lege filii ꝓphetaꝝ appellati solebāt:ut ī prīo differuīus cap. Sed ex quo ꝓphetæ
excellētes q̄ eos regebāt in israel defecerūt:ipsi heremitæ illū titulū amiserunt: & religiosi uocati
fuerūt. Qui ēt ꝓ eo q̄ a secularibus actibus & uita segregati:q̄si singulares & solitarii in here-
mis ut in tertio tetigimus capitulo morabantur:ideo a beato hieronymo in pletisq; suis episto
lis monachi appellantur:eo q̄ mōachus īterpretaꝰ singularis & solitarius. Post ascensionē uero
domini iesu christi qa ipi heremitæ in mōte carmeli ad honorem beatæ mariæ uirginis capel-
lam specialiter cōstruxerant : ubi deuotæ eidem gloriosæ uirgini mariæ seruiebant:iccirco eius
titulum retinere elegerunt:& ex tunc fratres beatæ mariæ uirginis appellari uoluerunt. Autor.
Quo titulo professores huius sanctæ religionis decorari decuit:quia primi in sancta uirginitate
uoluntaria deo seipsos dedicasse leguntur. hieronymus in epistola ad eustachium. In ueteri lege
enim quia uacuus fuit mundus:sola erat benedictio liberorum . Paulatim uero cresc̄ete segete
messor īmissus est uirgo helyas:uirgo helyzeus:uirgines multi filii propbetarum. Actor . Quo-
niam beata uirgo maria de stirpe aaron de qua fuit helyas ac sumpsit originem : ideo decimo
septimo capitulo libri numeri sicca uirga aaron:germinasse:floruisse & amigdala protulisse in-
uenitur:quia uirginitas quæ in his sanctis patribus fuit sterilis:in uirgine maria rore gratiæ foe
cunda:germinauit:floruit:ac fructum præciosum attulit:dum ipsa uentre beato gaudia matris
habens cum uirginitatis honore saluatorem mundo protulit:per quam nobis uirginitatis insi-
gnia pullularunt . Vnde sicut in dictis professoribus huius sanctæ religionis decor uirginitatis
fuit semper incorruptus. ita beata uirgo maria ex ītemeratis uisceribus filium dei pro ferens uir
ginalem decorem perpetue inuiolatum retinuit:secundū q̄ isayas dudū de ipsa tricesimo quin
to capitulo sui libri prophetauit dicens. Lætabitur deserta & in uia & exultabit solitudo : & flo
rebit quasi lilium. Germinans germinabit & exultabit lætabūda & laudans. Gloria libani data
est ei:decor carmeli & saron. Ipsi uidebunt gloriam domini & decorem dei nostri . Cuius pro-
phetiæ aperiendo sensum:eam ueraciter exponimus in hunc modum . Heremitica religio quæ
est deserta & in uia propter modicam hominum frequentiam lætabitur. & exultabit:scilicet in
uirgine maria: & solitudo carmeli & lilium florebit in ea:quia maria germinans germinauit dei
filium:quem cū conceperit exultauit lætabunda & laudās deum: Quod adimpletum fuit cum
beata uirgo maria post filii conceptum ut habetur luce primo lætabunde laudauit deum: decā
tando hoc canticum. Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus in deo salu-
tari meo. &c. Ideo autem exultauit:quia simul est ei data gloria libani:scilicet candidi christi &
decor uirginitatis. carmeli & saron. Ipsi autem carmelitæ sibi deuote famulātes:uidebunt gloriā
domini & decorem dei nostri. Quia ergo professores huius sanctæ religiōis titulum sanctæ ma
riæ uirginis congruentissime optinere meruerunt:recte sponsus ecclesiæ eiusdē reginæ præemi
nentiam considerans sibi magisterium huius sanctæ religionis attribuit dicens. Caput tuum ut
carmelus:canticorum septimo. Cum ergo religiosi heremitæ de monte carmeli titulum sanctæ
mariæ per longa tempora obtinuissent:& processu temporis ordo beati Benedicti per orbem
multiplicari cœpisset:quidam monachi ordinis dicti beati benedicti in eodem monte carmeli
ex deuotione habitare uolentes:monasterium ibidem fundauerunt : in quo ad honorē sanctæ
margaritæ uirginis & matris capellam q̄dā edificauerunt:Hii autem monachi ut a prædictis re
ligiosis beatæ mariæ uirginis discernerentur:fratres sanctæ margaritæ fuerunt appellati: & eo-
rum locus monasteriū sanctæ margaritæ fuit dictus. Q m̄ hæc sctā religio btē mariæ uirginis
in sæpe dicto mōte carmeli habuit initium:& ab ipso tāq̄ uiris firmiter radicata a mari usq; ad
mare palmites suos extēdēs ꝑ uniuersos xp̄ianoꝝ fines suauiter redolet:ac fructū copiosum ad
fidei catholicæ nutrimētū dinoscit̄ facere:iō ordo de mōte carmeli cōsueuit sp̄ appellari . Vn̄
& sctā sedes apostolica ꝑmissis rōnibus diligenter īspectis: huic religioni titulū beatæ mariæ uir
ginis de monte carmeli per litteras suas solemniter decreuit appropriari.

¶ Capitulum sextum de regula secundū quā professores huius religionis uiuunt:& de tempo-
ribus in quibus ac personis a quibus eam receperunt.

CVm orientalis ecclesia ab origine sua īstar illius regīe q̄ a dextris regis ī uestitu deau
rato circūdata uarietate phibet̄ extitisse ꝑrogatiua religiōis floruerunt : & suæ lucis
primitios radios ad ptes occidētales trāsmiserūt. A tpe āt heraclii īptoris usq; ad nr̄a
tpa die uergēte ad uespā eclipsim passa cecidit ad occasū:imo fer̄ puēit ad d̄fectū. an
no. ii. eiusdē īpatoris. v. uidelicet āno dn̄i. dc. xyii. cosdroas qdā ꝓphāus regnū psaꝝ adeptus hie

rosolymam aduenit:& ecclesias subuertit:atq; totam patriā deuastauit. Quo ab heraclio superato & interempto cum imperator ecclesias ordinaret quas nequissimus deiecerat: & ex propriis sumptibus reparare præcepisset:statim post eius recessum impiissimus princeps arabiæ nomine homar discipulus perfidi machometi atq; regni eius successor tertius: collecta secum infinita multitudine potenter & uiolenter in modico tempore contra christianos qui in regno hierosolymitano morabantur:præualuit:atq; totā terram sanctā sibi cum multa sanguinis effusione uelut bestia seuiens subiugauit. Ex tunc ecclesia oriētalis quæ nutrita fuerat in croceis propter carnales uoluptates & illecebrosos fluxus: a domino derelicta fuit tāq̄ umbraculum in uinea:& tāq̄ tugurium in cucumerario. Quæ tamen ī quibusdam moribus suis:quasi pauci racemi finita uindemia:& sicut lilium inter spinas adhuc perseuerans cultum religionis feruentius nitebatur conseruare iugiter. Cum ergo post regulas religiose uiuendi in actibus apostolorum scriptas sancti patres:apostolis succedentes in partibus orientalibus Multipharie multisq; modis instituissent:qualiter quisq; in quocunq; ordine fuerit: uel q̄cunq; modo religiose uiuendi elegerit: in obsequio iesu christi uiuere debeat:& eidem fideliter de corde puro & bona conscientia deseruire:Quidā frater ordinis beatæ mariæ uirginis de monte carmeli uocatus ioannes ī patriarcham hierosolymitanum sublimatus sicut scribitur in canonicis romanis circa annū ab incarnatione domini octingentesimū quasdā religiose uiuendi normulas a beati basilii regula exceptas:dicti ordini fratribus ī posterū obseruandas dereliquit. Deinde dum orientalis ecclesia duro & intollerabili iugo infidelium onerata proclamare cogeretur:o uos omnes qui transitis per uiam:attendite & uidete si est dolor similis sicut dolor meus. Nolite me uocare pulcram: sed uocate me amaram:quia amaritudine repleuit me oīps. Dumq; pulsare non cessaret:& coram domino genua flecteret:eius humilitatem & afflictionem quā per quadringentos nonaginta ānos perpessa fuerat dominus respiciens:cuidam paupeṛ & religioso homini de regno franciæ in ambianensi episcopatu uitam heremiticam agenti: qui petrus heremita dicebatur: inspirauit ut sepulcrum dominicum & loca religiosa uisitaturus:hierosolymam adiret. Qui cum illuc peruenisset:uidens loca sancta ab impiis irreuerenter tractari:& symeonē patriarcham ciuitatis cū subditis suis in uniuersis oppressionibus cum omni abiectione affligi. Vir itaq; dei compaciēs cœpit dolere uehementissime & contristari:ac anxius cogitare.s. quomodo posset afflictis subuenire. Quadā autē nocte cum in ecclesia dominicæ resurrectionis pernoctaret somno irruente:cœpit super pauimentum ecclesiæ paululum dormire. Dominus autem noster iesus christus apparuit ei in somnis: iniungens eidem legationem ad dominum papam & ad principes occidentales pro liberatione terræ sanctæ:cum litteris autem prædicti patriarchæ symeonis & aliorum fidelium hierosolymis commorantium:Dominum urbanū secundū petiit a quo benigne receptus:italiam transcurrens & ad galliam transiēs principes & populos occidentales uariis exhortationibus admonēdū in modico tempore multoꝝ animos ad suscipiendum peregrinationis iter inclinauit:prædicto urbano antistite opem ferēte. Qui cōuocatis generali cōcilio apud clarum montē aluerniæ ciuitatem: omnibus quos spiritus ad terræ liberationem tam sanctam & deo placitā peregrinationem inspirasset: plenariā remissionem omniū suorū peccatorum cōcessit. Idem Iacobus capitulo decimo septimo: Anno ergo domini millesimo nonagesimo sexto petrus heremita copiosam utriusq; secum trahens multitudinem per partes ungariæ constantinopolim peruenit. Et inde ante ciuitatem antiochenam:quæ tunc saracenorum subiecta erat dominio:castra locauerunt. Idem Iacobus capitulo xix Et illā ciuitatem nobilē multarum prouinciarum a diebus antiquis metropolim anno domini milesimo. xcviii. deo dante possederunt. Idem capitulo uigesimo. Postea uero per medias circunstantium inimicorum hierosolymorum montana conscendentes: ante sanctam ciuitatem hierusalem peruenerunt. Quam tanto tempore ab impiis occupatam: nostri dominio refecti auxilio. anno dñi milesimo .xc. nono a perfidis liberauerunt. Fideles autem in dicta urbe cōmorantes intollerabili iugo seruitutis liberati:prædicto petro heremitæ & uniuerso exercitui occurentes:eos cū cereis & crucibus atq; cāticis spiritualibus ad dominicum sepulcrum duxerunt. Omnipotenti ergo deo qui prosperum iter eorum fecerat: multiplices gratiarum actiones nostri principes cum uniuerso populo reddiderūt: & alia loca sancta deuotissime cum orationibus & oblationibus uisitauerunt:instituentes patriarcham latinum & tam clerū q̄ ecclesiam ordināres. Idē iacobus capitulo .iii. Ex tūc cœpit orientalis ecclesia reuirescendo florere:& cultus religionis in partibus oriētis ampliari:a diuersis enī partibus mūdi ex oī natione q̄ sub cœlo est odore sctoꝝ & uenerabiliū locoꝝ

tracti: deuoti deo: peregrini & homines religiosi ad terram sanctam confluebant: reparabantur ecclesiæ ueteres: nouæ edificabátur: monasteria regularium in locis idoneis larginone principum & elemosynis fidelium construebantur. Magister Ioannes baconis. Vnde fuit patriarcha antiochenus quidam uir amabilis deo & hominibus nomine aymericus: malafayda natione lemonicensis de uilla quæ dicitur salamiatum. Qui tempore suo deleuit erroré maronitarum: qui a marone heretico dicebantur. Illi autem heretici numero uero pauci moran fuerant prius circa iuga libani in errore de duplici uoluntate in christo per annos quingentos: Magister Ioannes baconis: Hic uero pius & uenerabilis patriarcha antiochenus fratrum heremitarum beatæ mariæ de monte carmeli laudabilem conuersationem attendens: eos multum specialiter longo tempore in domino nutriuit. Et etiam in eodem monte carmeli iuxta fontem helyæ monasterium edificauit: infra cuius septa capellam quã antiquitus construxerant: inclusit. Et in scriptis modum uitæ eorum redigens. ipsos separatim in cellulis per totum montem carmeli modo heremitico habitantes in dictum monasterium congregauit: & per professionis uinculum colligauit: & sub cura unius adunauit. Inter quos ipse fœlicis recordationis aymericus patriarcha prædictus: habuit nepoté suũ fratrem brocardũ uirum religiosum sanctũ & famosum: quem in primũ prioré eis instituit: ac in mente sua disposuit prædicta omnia & singula per sedé apostolicã facere confirmari. Quibus postmodũ fratribus sub uno priore ordinatis & certam regulá non habentibus: sed solum ut præmittitur modum religiose uiuendi tenentibus: albertus patriarcha hierosolymitanus apostolicæ sedis legatus tempore papæ Alexandri tertii de beati basilii regula quædam salubria & specialiter illa quæ erant de substantia uoti accipiens: & alias quasdã obseruationes sans graues: quæ tamen pro statu prædictorum fratrum uidebantur expedire interserens: certam regulá anno domini. m. centesimo sexagesimo scripsit: scilicet ut unũ ex se per electionem habeant priorem: cui obedientiam promittant quilibet aliorũ: & promissum studeat operis ueritate seruare cum castitate & abdicatione proprietatis. Vt autem a modo uiuendi fundatorum eorũ prophetæ dei helyæ ac prædecessorũ suorum non discreparent: districte eis prohibuit: ne monasteria in uillis uel ciuitatibus fundarent: concedens tamen eisdem ut in heremis conuentus suæ religionis habere possent. Et iniungens ut in quolibet eorum monasterio singuli singulas habeant cellulas separatas: in quibus uel iuxta quas die ac nocte in lege domini meditentur: & in orationibus uigilent nisi aliis iustis occasionibus occupentur uolens cellam prioris iuxta introitum loci esse: ut uenientibus ad eundem locum primus occurrat: & de eius arbitrio quæ agenda fuerint: cuncta procedant. In omni etiam loco eorum oratoriũ siue ecclesiam statuit construi in medio cellularum siue monasterii: prout commodius fieri potent. Vbi per singulos dies ad psallendum horas canonicas & ad audienda missarum solemnia conuenire debeant. Multaq; alia idem pater tradidit eis obseruanda: quæ patent in eorũ regula. Quam regulam ab alberto patriarcha scriptam a sede cum apostolica mitigatá fratres prædicti ex tunc semper profitentur. Suscepta itaq; ab hac regula fratres ipsi in diuersis heremis terræ sanctæ & insularũ circũiacétiũ plurima monasteria sui ordinis fundauerũt cũ simplicitate cordis i eisdé deo & beatæ mariæ humiliter seruientes.

¶ Capitulum septimum de regulis huius religionis mirigatione ac pluribus confirmationibus datis a sũmis romanæ ecclesiæ pontificibus.

QVæ honoré conditoris omniũ & profectum continent animarum roboris præsidio sunt fulcienda perpetui: & præcipue illa super quibus sedis apostolicæ auctoritas: salubris prouidentiæ studiũ noscitur habuisse. Idcirco cũ fratres ordinis beatæ mariæ de monte carmeli regulam ab alberto patriarcha hierosolymitano suscepissent: papa Alexander tertius qui erat circa ánũ domini. m. clx. post soléne conciliũ per ipsum turonis in regno fráciæ celebratũ: eádé regulá eisdé fratribus áno dñi. m. cétesimo octogesimo: uidelicet põtificatus sui. xxi. áno cõfirmauit & approbauit. Papa uero. Innocétius tertius qui sextus successit: Alexádro ꝑdicto: eandé regulá áno dñi. m. cétesimo. xc. septimo. s. primo áno sui põtificatus approbauit & confirmauit. Tempore autem huius innocentii uidelicet anno sexto sui pontificatus: dydatus exoniensis episcopus hispaniæ ad partes tholosanas comitante illum fratre dominico uenit: ut heretica uenena a cordibus hominum illius nationis extirparet. Qui cum illic peruenisset beatus dominicus: ordiné fratrũ prædicatorum i ciuitate tholosana primus icepit. Siſ

ter & beatus franciscus qui ante conuersionem ioannes uocabatur: tempore eiusdem innocētii tertii apud assisiū ordinem fratrum minorum primus inchoauit. Idem autem papa inocentius tertius anno decimo septimo sui pontificatus mense nouembri in basilica lateranensi quæ tunc constantina uocabatur cum mille ducentis quindecim prælatis pro statu uniuersalis ecclesiæ & subsidio terræ sanctæ conciliū generale quod dicitur lateranense celebrauit: in quo statuta multa ecclesiæ fuerunt prouulgata. Ad quod concilium beatus dominicos cum fulcone tholosano episcopo adiit: ut a summo pontifice innocentio ordinem qui prædicatorum diceretur: esse cōfirmatum sibi suisq; successoribus postularet. Qui cum se difficilem exhiberet: nocte quadam idem pontifex uidit in somnis q; lateranensis ecclesia grauem subito ruinam minaret. Quod dum tremens aspiceret: ex aduerso uir dei dominicus occurrebat; humerisq; superpositis totam illam casuram fabricam sustentaret. Euigilans autem & uisionem intelligēs: petitionem uiri dei sic acceptauit: ut ad fratres suos reuertens: regulam aliq̃ approbatam eligerent: & ad ipsum rediens confirmationem reportaret. Sed quod promisit: morte præuentus: complere non potuit. Qui tum post concilium lateranense regulā sancti francisci primus confirmauit: Post hæc successor eius papa honorius tertius anno primo sui pontificatus præmemoratam regulam fratrū ordinis beatæ mariæ de monte carmeli ab alberto datā: & per pontifices prædecessores suos approbatam confirmauit: & eis in remissionem peccatorum obseruandam: anno domini. m. ducentesimo. xvi. iniunxit: quo anno beatus dominicus primam confirmationē sui ordinis ab Honorio impetrauit. Deinde papa Gregorius nonus successor honoru præfatam regulam ordinis beatæ mariæ de monte carmeli anno primo sui pontificatus confirmauit. Cum uero propter paganorum frequentes insultus multiplicarentur mala in terra sancta fratres ipsi in heremis secure uiuere non poterant: ca propter ad summum pontificē innocentiū quartum celebrantem lugduni generale conciliū: duos ex suis fratribus reginaldū scilicet & petrum miserunt: ut regulam esse mitigatam in aliquibus suis clausulis: & maxime in prohibitione habitandi in uillis seu ciuitatibus postularent. Qui pontifex eorum postulationem gratanter accipiens: regulæ mitigationem dominis hugoni de sancto theodoro præsbytero cardinali: & Ibissimo anteradensi episcopo cōmisit. Quā ad libitum postulantiū mitigatā & correctam: idem inocentius quartus anno quinto sui pontificatus uidelicet anno domini. m. ccxlvii. approbauit & confirmauit. Eandē regulā sic mitigatā & correctā: Alexander quartus & urbanus quartus & clæmens quartus confirmauerunt. Papa autem innocentius tertius in concilio lateranensi per ipsum celebrato firmiter prohibuit: nequis decetero nouam religionē inueniret: sed qui se ad religionē conuerti uellet: unam de approbatis assumeret: ut habetur libro tertio decretalium titulo de religiosis domibus: capitulo Ne nimia: Sed quia non solū iportuna petentiū inhiatio religionū postmodum multiplicationē extorsit: Verū etiā aliquorū præsumptuosa temeritas diuersorū ordinū præcipue mendicantiū quorū nondū approbationis meruere principiū: effrenatāq; multitudinē adinuenit. Iccirco papa Gregorius decimus in generali concilio per ipsum anno domini. m. cclxxv. lugduni celebrato cunctos ordines et religiones mendicantes post conciliū lateranense ab innocentio tertio celebrato adinuentos: qui nullā sedis apostolicæ meruerunt confirmationem: perpetue prohibitioni subiecit: atq; eos reuocauit. Ordines autem confirmatos per sedem apostolicam post dictum tū conciliū lateranense ab innocentio tertio celebratū institutos: quibus ad congruā sustentationem redditus aut possessiones habere professio siue regula uel constitutiones interdicunt: tali modo uoluit ab orbe terrarū deleri: ut uidelicet neminē deinceps a deo rum professionē admitterent: exceptis prædicatorū & minorum ordinibus. Qui q̃uis post generale conciliū lateranense ab innocentio tertio celebrato & non ante fuerunt approbati: tamē qui utiles sunt ecclesiæ dei: noluit eos quassare: sed eos confirmando uoluit retinere. Q̄m autem sacri ordinis beatæ mariæ de monte carmeli non solū institutio uerum etiā confirmatio & approbatio prædictum generale concilium lateranense ab innocentio tertio celebratum præcessit: ideo summus pontifex hunc ordinem in statu solito firmo atq; perpetuo uoluit permanere. Et hæc omnia patent in sexto libro decretalium titulo de religiosis domibus capitulo religionū. Post hæc autē nicholaus quartus & bonifacius octauus: & clæmens quintus regulam memorati ordinis approbauerunt & coofirmauerunt. Et sic prædicta regula ordinis fratrum beatæ mariæ de monte carmeli retinens secundum sui sobstantiam nullatenus uariata: multis coofirmationibus exstitit roborata. Necnon etiam totus ordo quem soli romano pontifici & soli sedi apostolicæ tam in spiritualibus q̃ in temporalibus sine ullo medio sedes apostolica sub

iacere uoluit:ac ipsum ordinem sic exemptum multis priuilegiis & gratiis solidauit.

¶ Capitulum octauum in quibus temporibus professores huius religionis partes occidentales habitare ceperunt: & loca quæ habebant in terra sancta amiserunt.

Religiosi fratres ordinis beatæ mariæ de monte carmeli:quia in terræ sanctæ finibus uidelicet in ipso monte carmeli suum primum sumpserit exordium in eisdem terræ sanctæ partibus: & in insulis præcise circunstantibus conuentus suæ religionis olim habere solebant. Saraceni autem sanctã ciuitatẽ hierusalem anno domini.m.clxxxvii. capientes eam:christianis abstulerunt. Vnde ex tunc fratres ipsi diuersos & graues insultus paganorum in terra sancta fuerunt perpessi. Anno uero domini &c. Ex bulla innocentii quarti: paganorum incursus. Dilectis filiis fratribus heremitis ordinis beatæ mariæ de monte carmeli necessitatem induxisse dinoscitur q̃ se ad partes cismarinas non sine afflictione multa spiritus cõtulerunt cum eis contemplationis dulcedine recreari solitis ex huiusmodi transitu turbatis nõ modicum turbata fuerit quies mentis. Item alexander quartus. Dilecti fratres heremitæ ordinis beatæ mariæ de monte carmeli secure nequeunt sicut accepimus propter frequentes paganorum incursus & mansionibus quas habent in partibus transmarinis commorari: & ob hoc oportet ipsos se transferre ad regiões uarias & remotas. Anno uero domini. M.ccxxxviii nõnulli ex prædictis fratribus a monte carmeli & ab aliquibus aliis monasteriis terræ sanctæ propter paganorum frequentet insultus dispersi per mundi uarias regiones compulsi fuerunt. Quorum aliqui mare transfretantes:& apud marsiliam applicantes: in quodam heremo distanti per unã leucam a marsilia iuxta fontem beatæ mariæ magdalenæ sui ordinis primum conuentum partium occidentalium quæ appellatur conuentus aquarum latarum fundauerunt. Post hæc autẽ dum diuersa suæ religionis fundare uellent mõasteria:diocesani ita eis difficiles & duros se reddebant q̃ in suis diocesibus eos ecclesias construere & dĩna celebrare non permittebant. Vnde necessitatem eis induxerunt:& ad summum pontificem innocentium quartum tunc lugduni commorantem pro obtinenda licentia ut monasteria edificandi & diuina celebrandi properarent. Quam anno quarto sui pontificatus ab eodem summo pontifice impetrantes: in diuersis partium occidentaliũ regionibus:suam religionẽ dilatauerũt. Anno autem domini.m.ccxlviii. beatus lodouicus francorum rex illustrissimus dilatationem fidei christianæ ardenti desiderio cupiens ad terram sanctam & super gentem incredulam transfretauit. Qui per quinq; annos ibidem remanens: plures ciuitates & castra terræ sanctæ nutris fortissimis circundedit. Tunc etiam terræ sancte religiosa loca perquirens:& ad montem carmeli ascendens :propter sanctitatem & laudabilem conuersationem fratrum beatæ mariæ de monte carmeli ibidem cõmorantium:eorum monasterium sæpe uisitauit. Postmodum uero audita morte reginæ matris suæ. baronum suorum concilio redire in franciam acquieuit. Et dum esset in mari tertia nocte prope diluculum ad rupem seu terræ lingulam iuxta montem carmeli nauis deferens regem bina impulsione tam fortiter est collisa q̃ a nautis & aliis fracta & submergenda protinus credebatur: Tanta igitur concussione excitati & perteriti sacerdotes clerici & alii sanctum regem coram sacro corpore iesu christi orantem inuenerunt. Cunq; omnes submergi indubitanter crederent: campanam monasterii fratrum beatæ mariæ de monte carmeli pro matutinis dicendis sonantem in auribus suis resonare sencierunt. Qua audita pius rex cuius loci campana esset principaliorem nautam interrogans diligenter:cam esse monasterii beatæ mariæ de monte carmeli ex nautæ responso percepit. In deuotionem igitur genitricis dei accensus est monasterium tunc uisitare proposuit si ipsa ab illa graui tempestate eum cum aliis liberaret. Trãquillitate igitur eius meritus & præcibus in mari subito facta. beata maria eos a prædicto periculo mortis liberante: mox mitis rex montem carmeli ascendit: & matutinas fratrum cũ magna deuotione audiuit. Quibus dictis pius rex locum illum humiliter contemplans & predictorum fratrum titulo beatæ mariæ in toto orbe terrarum quo ad ordines approbatos singulariter in signitorum famma laudabili & religiositate permotus: quosdam a priore dicti conuentus postulauit. Quos tanq̃ alter ioseph fratrum consolator in franciam ducens eis in ciuitate sua parisius monasterium edificauit. Qui alios ad suam religionem recipientes in diuersis regni frãciæ partibus monasteria sui ordinis construxerunt. Deus autem israel summe hiis qui recto sunt corde nihil odiens eorum quæ fecit ut dulcedinem suam in christianos demõstraret terrã sanctam

fluentẽ lacte & melle a potestate saracenorum auferens: eã ut in sexto tetigimus capitulo christianis largitus fuerat:qui pro nihilo habentes terram desiderabilem in luxus uarios effluxerũt: operti iniquitate & impietate sua.Etenim prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum transientes in affectum cordis:facinoribus pleni:attendere; uolentes solum peccatum esse quod oculos maiestatis dei offendit:quod ipsum mitem & soauem nobis durum reddit. Hoc enim est quod de angelo diabolum fecit:de amico inimicum:de libero seruum:de incorrupto mortalem & corruptum:de beato miserum:de ciue exulem & eiectum: de filio dei filium diaboli: hoc est quod nunq̃ ipunitum deus relinquit. Vnde peccatis prædictorum ipsorum hominum exigentibus & criminibus prophanorum qui terram sanctam sceleribus multimodis sordidabãt: ipsum ꝓuocantibus conuersus est nobis in crudelem: qui natura benignus est & suauis: facti enim sumus in derisum uicinis nostris & inimici nostri subsanauerunt nos. Cythara nostra conuersa est in luctum:& fortitudo nostra redacta est in fauillam:Facta est quasi uidua domina gentium princeps prouinciarum facta est sub tributo.Adeo enim conclusit domus in gladio populum suum & hæreditatem suam spreuit:& adeo dominati sunt nostri inimici qui oderunt nos:ꝙ nõ solum omnes regiones ciuitates & munitiones ab introitu terræ Egypti usq; ad mesopotamiam,itinere plusq̃ itinere uiginti dierum amici nobis abstulerunt: sed totam terram promissionis uiolenter occuparunt. Anno siquidem domini.m.cclxxxviii.ciuitates tyrum & tripoliti cœperunt:pluresq; uillas & castra terræ sanctæ destruxerunt.Monasteria etiam quæ fratres beatæ mariæ de monte carmeli ibidem habebant:diruentes ex ipsis fratribus plures trucidarunt. Opulentissimam insuper ciuitatem accon capientes:& innumerabilium christianorum sanguinem effundentes:eam pœnitus expoliauerunt.In qua fratres huius religionis solenné cõuẽtum quem in ea habuerunt:amiserunt. Est autem prædicta ciuitas binomia uocata:uocatur enim tholomayda & accon:eo ꝙ duo fratres unus dictus tholomeus:alius accon ipsam fundasse & a nominibus suis nomina ciuitati dicuntur imposuisse. Est autem inter mare & montes: habens portum competentem:flumine helo præter fluente:satis comode fundata ortis & uineis:& casalibus circunstantibus & arabili terra sufficienter habundans in prouincia phœnici sub tyro metropoli constituta. A qua prædicti infideles diri crudeles & impii homines egredientes: & ad sanctum montem carmeli qui ab ea non longe distat ascendentes:monasterium fratrum beatæ mariæ de monte carmeli quod nunq̃ ante destruxerant: igne cremauerunt: & omnes fratres ibidem repertos gladio trucidarunt.Ciuitatem etiam cayphas & omnes urbes iuxta dictũ mõtem fundatas:destruxerunt:Quod totum factum est ut adimpleretur quod dictum fuerat per ieremyam prophetam:capitulo quarto libri sui sic dicentem. Aspexi & ecce carmelus desertus: & omnes urbes eius destructæ sunt a facie domini & a facie ire furoris eius.Et sic montem carmeli in quo ꝓfessores huius religionis a tempore helyæ & helyzei prophetarum continue: & incessanter in comtemplatione dei perstiterant: in hac persecutione ex toto amiserunt.Iam enim lætitiam & exultationem qua contemplationis dulcedine in eodem monte recreabantur non esse ibidem perpetuo permansuras isaias olim prophetauerat.xvi capitulo libri sui dicens.Auferetur lætitia & exultatio de carmelo.Ab illo tamen monte dilatati fuerant professores huius religiõis in diuersis terræ sanctæ partibus. Qui etiam nouissime scilicet a diebus domini papæ Innocẽtii quarti & sanctissimi regis lodolbyci ab eodem monte carmeli in partibus occidentalibus multiplicati sunt in multas prouincias: prouinciæq; in domos:domus in personas multas sufficientes & idoneas per orbem uirescendo florent & florendo multum fructum afferunt ad fidei catholicæ fulcimentum.

¶Capitulum nonum de habitus professorum huius religionis integritate & colorum eius uarietate:ac uarietatis facta mutatione.

FVndatoris huius sanctæ religionis prophetæ dei helyæ habitus ex hiis ĩtegraliter cõstabat.Melota induebatur.zona pellicea circa renes cigebatur.Caput suum capucio operiebatur:& super hoc palliũ album portabat:& baculũ in manibus deferebat:ad cuius imitationé discipuli sui similibus habitibus erãt ĩduti. Dicitur ãt melota ꝓprie a melo aiali qđ ẽt taxus appellatur:de cuius pilis uel pelle uestis facta quæ est hispida ualde:melota est nocata:Quelibet tamen uestis de pilis animalium asperis:aut de pellis hispidis facta: melota siue pera ĩproprie est dicta. Vnde indumentum de camelorum pilis uel de pellibus ca-

prinis: melota siue pera consueuit dici a multis. Huius melotæ gestatio significabat mortifica-
ta omniũ peculantia carnalium passionum debere eam gestantes in summa uirtutum grauitate
consistere:nec quicq̃ incultum uel calidum iuuentutis ac mobilitatis antiquæ in eorũ corpore
residere. Actor. Attendentes super se mortificatos quidẽ carne uiuificatos autẽ spũ. Accĩctio ue
ro lũboꝝ & ambitus zonæ pelliceæ:significabat eos circũferre mortificationẽ mẽbroꝝ ĩ qbus
libidinis & luxuriæ seminaria continentur:iuxta euangelicũ illud mandatũ:quo dr̃:Sint lumbi
uestri ꝑcincti:apostolicam interpretationem semp intelligentes. Mortificate scilicet mẽbra ur̃a
quæ sunt sup terram fornicationẽ ĩmundiciam libidinẽ & concupiscẽntiam malã:Capuciũ ue-
ro ante & retro usq; ad renes destendẽs lateribus & brachiis eo denudatis quod nos nunc sca-
pulare appellamus indesinenter deferebat ut simplicitatẽ & humilitatẽ paruuloꝝ iugiter in af
fectu custodirent:canticũ illud præ oculis semp hñtes. Dñe non est exaltatum cor meum neq;
elati sunt oculi mei: neq; ambulaui in magnis neq; in mirabilibus super me:si non humiliter
sentiebã sed exaltaui aĩam meã:sicut ablactatus est super matre sua ita retributio in anima mea.
Baculi autẽ gestatiti spiritualiter designabat nunq̃ debere eas inter tot oblatrãtes uitioꝝ canes
& inuisibiles spiritualiũ nequiciaꝝ bestias inermes incedere. De quibus bestiis beatus dauid li-
berari postulans ait. Ne tradas domine bestiis aĩas confitentes tibi : sed irruentes eas retundere
atq; aduersum se senientes iugi memoria legis diuinæ extinguere:exemplo beati dauid dicẽtis.
Superbi iniq; agebant usquequaq; a lege autẽ tua non declinaui. Porro pallii albi gestatio signifi
cabat eos debere puritatẽ & mundiciã cordis retinere:quã propheta dauid a deo postulans di-
xit . Aspges me dñe isopo & mũdabor lauabis me & super niuẽ dealbabor. Hoc palliũ ut ĩ scdo
differuimus capitulo dũ helyas ascenderet in paradisum:dimisit descẽdere per turbinem ignis
helyzeo discipulo suo. In quo descensu ipsum palliũ cũ iã per plicas diuersas ab helyæ diffescis
set corpore cadendo & transeundo ꝑ ignis turbinem ĩfra plicas & extra:colores uarios propter
ignem accepit: Vbi enim ipsum infra plicam non tetigit ignis:in suo albo colore remãsit. Extra
uero plicam ad contactum ignis aliqualiter denigratum siue ruphũ apparuit. Quo pallio post
modũ usus fuit helyzeus ad imitationem eius propter dicti pallii dignitatẽ ac uirtutẽ : quia ad
cõtactũ ipsius:aquæ iordanis bis diuisæ fuerunt. Filii quoq; ꝑphetaꝝ in monte carmeli cõmo-
rantes & eoꝝ successores adinstar dicti pallii in signum sanctitatis & deuotionis palliũ barratũ
per longissima tempora gestauerunt. Quod palliũ ex septẽ partibus duplicis coloris abinuicem
distinctis ipsum totaliter integrantibus perpendiculariterq; descendentibus constabat:quarum
tres erãt nigræ siue griseæ:q significabant gestantes pallium debere tres uirtutes theologicas in
corde semper retinere. Aliæ uero quatuor partes erant albæ figurantes cõgruentissime quatuor
uirtutes cardinales illos debere in mente iugiter custodire. Quæ partes sic erant in pallio ordi-
natæ. Palliũ indutũ autẽ a pectore destendendo usq; ad terram erat scissum: & partes scissionis
erant albæ:secunda pars a latere dextro erat nigra:& etiã secũda a latere sinistro tertia uero pars
a latere dextro erat alba:quem colorẽ habebat tertia a latere sinistro . Sed ultima pars in eo exi-
stẽs erat nigra. Hoc palliũ ꝑfessores huius sanctæ religionis antiquitus:post incarnationem do-
mini carpicam appellabant.postmodũ uero consueuerunt ipsum uocare clamydẽ seu mantellũ
Hæc dicta sunt nequid pretermisisse de fundatoris huius sanctæ religiõis habitu uideamur. Cæ
terum ex his quæ hic commemorauimus quæcunq; sunt:humilitati huius professionis & ho-
nestati iuxta consuetudines regionum congruentia prædecessores patres nostri professores hu-
ius sanctæ religionis a nobis afferenda censerunt. Melotæ uero gestatio succedentibus tempori
bus derisionem potius q̃ edificationem eam uidentibus comparabat . Icciro professores hu-
ius religionis eam dimiserunt & eius loco tunicam nigram siue griseam quam subtus scapulare
portant:assumpserunt. Processu uero temporis quia pallium barratum in partibus occidentali
bus uidelicet italiæ galliæ & aliis minus religiosum hominibus uidebatur:in tantum ꝙ propter
eius uarios colores in derisum a pluribus habebatur:ideo procurante fratre petro de amiliano
priore tũc generali huius religionis:papæ Honorio quarto fuit supplicatum per dominum ger
uasiũ tituli scti martini in montibus præsbyterũ cardinalem ut huius pallii siue mantelli gesta-
tionẽ ĩ alium decẽtem habitum edificantẽ aĩas fideliũ fratres ipsi possent mutare. Quã suppli
cationẽ idẽ pontifex anno primo sui põtificatus uiua uoce cõcessit. Vnde fratres ĩ cap. suo gene
rali in monte pessulano anno domini.m . cclxxxvii. in festo beatæ mariæ Magdalenæ celebra-
to pallium prædictum auctoritate dicti summi põtificis & sedis apostolicæ dimiserũt. Scapula
re tñ ut prius reseruato pro speciali habitu sui ordinis & retento . Et ad imitationẽ fundatoris

huius sanctæ religionis helyæ ꝓphetæ iuxta uisionem quã uiderat sabatha pater eius: de qua in primo capitulo latius locuti sumus ipsi fratres palliũ albũ ĩ eodẽ generali capitulo unanimiter assumpserunt: Cui pallio capuciũ albũ addiderunt. Quod pallium album sic capuciatũ capam albã ex tunc uocauerunt: quã usq; ad hodiernã diem gestãt. Hoꝝ aũt pallioꝝ barratoꝝ depositionem & cappaꝝ albaꝝ assumptionẽ: successor honorii papæ Nicholaus papa quartus. anno primo sui pontificatus: necnon Bonifacius octauus primo anno sui pontificatus cõfirmauerũt. Occasione uero assumptionis dictarum cappaꝝ religiosi canonici ordinis præmonstracensis contra fratres prædictos ĩdignationẽ nimiã habuerũt: dicentes ꝙ fratres habitũ ipsoꝝ in eorũ detrimentum & uituperium acceperant & gestabant: qm̃ & ipsi similiter cappis albis induunť. Et ꝑꝑ hoc dicti canonici fratres ipsos in romana curia uocantes: grauibus querelis & litigiis per magna tempora uexauerunt. Tandẽ fratribus prædictis auxiliante domino de beata uirgine in dicto placito præualentibus: dicti canonici post graues labores eorum & expensas: ab intento fuerunt frustrati & priuati.

¶ Capitulum decimum de aduentu futuro fundatoris huius ordinis & ipsius cum antechristo controuersia disputationis: atq; de morte & gloria eius resurrectionis.

Auxiliante gr̃a spiritus sancti reseratis quibusdã scintillis de huius religionis statu præterito atq; præsenti quæ nube tenebrosa uelabantur aggrediendum existimauimus eadẽ gr̃a adiuuante ad discerendum futura quæ per prophetam helyam fundatorẽ huius religionis in extremis temporibus sunt agenda. Sciendum ergo quantum ex sacris scripturis & doctorum ortodoxorum dictis excerpere ualuimus ꝙ in nouissimis diebus de quibus ignoratur qñ erunt: eo ꝙ non sit nostrum nosce tẽpora uel momẽta quæ pater cœlestis posuit ĩ sua potestate: orietur secundum beatum Methodiũ in corozaym uel secundum alios in babilone radix peccati de tribu dan ex patre peccante ĩ filiam perdictionis filius antechristus nomine omnium maloꝝ princeps: Post cuius conceptũ malignus spiritus descẽdet in uteꝝ matris eius: cuius uirtute deinceps puer nasceť alet: & adolescet. Nõ aũt ipse diabolus sic ei unieť ut natura diabolica fiat una persona cum natura humana q̃admodum in christo natura diuina & humana fuerunt unitæ unitate personæ: sed homo ille suscipiet oẽm actum sathãe. Præsciẽs enim deus iniquitatem eius futuræ uolũtatis: concedet in eo habitare diabolum & educabitur occulte: & repente insurget: & eleuabit se & imperabit: & in primordiis regni sui similabit iustitiam. Q n aũt dominator factus fuerit: persequetur dei ecclesiam & manifestabit oẽm iniquitatem suam. De babilone igitur uenturus primo superabit urbes & regem egypti: & postea regẽ affricæ & regẽ ethiopiæ superans: uenturus est in iudæã. Itaq; per tres ãnos cum dimidio regnaturus tãta elatione extolleť tanta uirtute principabitur: tantis signis & prodigiis in sanitatis ostẽsione se eleuabit: ut argui ab homine non ualeat. Cum potestate enim terroris: adiungenť signa ostensæ sanctitatis. Ceci nãq; uidebunt: claudi ambulabunt: surdi audient: demoniaci curabunť leprosi mundabuntur: conuertet solem in tenebras & lunã in sanguinem: & de cœlo faciet ignẽ descendere. Et sicut christus in predicatione pauperes idiotas & simplices elegit: sic ille dãnatus homo ad prædicandum falsitatem suam astutos & duplices atq; huius mundi scientiam hñtes in discipulos electurus est: Qui simulabunt se habere innocentiam & uitam puram & doctrinã & miracula. Quod enim christus & eius ministri habẽt in ueritate isti habebunt in simulatione. Vnde prædicatores eius falsa imitatione christi per impositionem manus date se suis spm̃ sctm̃ fingent & agent quibusdã pſtigiis ut illi quibus manus imposuerunt loquanť linguis multarũ gentium. Seductor aũt ille cupidos alliciet muneribus: quæ multos inueniet thesauros abscõditos. Tanta uero contra iustos iniquitate effrenabiť ut ẽt electoꝝ corda non paruo feriant pauore: unde scriptum est ita ut in errorem inducantur si fieri potest electi. Nullos ante se fuisse christianos dicet: sed omnes antechristos extitisse. Blassemabit autem nomen iesu christi quia dicet ipsum non fuisse christum sed antechristum: & ministros christi dicet fuisse pseudo prophetas: populos ab ipsis deceptos affirmans. Se autem christum esse fatebitur & circũcidet se affirmans se esse messiam. Tunc autẽ confluẽt ad eũ oẽs i dei & reedificabũr tẽplum a romanis destructum: ubi ipse sedens dicet se esse deum. Fabricabit autem sibi imaginem materialem quam ponet in templo: & illam imaginem faciet arte magica loqui & futura prædicere: ut per hæc homines seducti illam adorent: contẽpnentes autem ab ipso occidentur. Die autem sabbati faciet

ab omni opere abstinere : ut populũ in eũ credere cõpellat & iudæos sibi subdat.Faciet etiã die
dominico abstinere : quia simulabit se mortuũ:& per triduũ latens post apparebit:dicẽs:se susci
tatum:arte magica ascendẽs in aera ferentibus eum demonibus : tunc curabitur plaga mortis:
quia qui prius mortuus credebatur : post uiuẽs reputabitur.Aduersus autẽ huius pestiferi homi
nis seductiones & multimodas in sanitates mittet dominus deus de paradiso uoluptatis ad con-
solationẽ suorum electorum fundatorẽ huius religionis helyam propheram sicut promisit per
prophetam suum malachiam.Cum uenerit ergo exponẽdo legẽ spiritualiter quã nũc iudæi sapi
unt carnaliter cõuertet cor patrum ad filios:ut scilicet filii idest iudæi sic intelligant legẽ quẽad
modũ eam patres idest prophete intellexerunt.Sic enim cor patrũ cõuertetur ad filios cum ĩtel
ligẽtia patrum perducetur ad intelligẽtiam filiorum:& cor filiorum ad patres eorum dum in il-
lud quod cõsenserunt illi:cõsceutiant isti.Celeberrimum est enim in sermõibus & cordibus fide
lium iudæos tũc per helyam in christum uerũ esse credituros.Vnde iudæi & christiani qui uere
inter se discrepant:parum christum religione consentiẽt . Cũ ipso autem helya ueniet ennoch &
ambo testes christi ut ait beatus Ioannes in apocalipsi capitulo.xi.propherabunt.i. ueraciter præ
dicabunt & futura denunciabunt diebus mille ducẽtis .i.tribus annis cum dimidio sicut prædi-
cauit antichristus.Prædicabũt autẽ amicti saccis idest induti indumẽtis asperis. Quẽadmodum
enim i præcone primi aduẽtus fuit iudicium humilitatis & paupertatis in ueste asperitatis: quia
Ioannes erat indutus de pilis camelorum ita præcões secũdi aduentus prætendẽt signũ humili-
tatis & paupertatis in uestibus asperitatis & uilitatis:pœnitentiam prædicantes & eam exemplo
ostendẽtes.Hii autẽ sunt duæ oliuæ scilicet spiritus sancti gratia pingues:& uniti unctiõe purita
tis & munditiæ.Et sunt duo candelabra scilicet lumine ueritatis & munditiæ lucẽtia aliis lumẽ
largiẽtes & stantes in conspectu domini terræ soliũ regiæ maiestatis cõtemplando quod deo pla
cet attendẽtes.Er siquis nocere eis uoluit uidelicet eos a bono proposito reuocando sen a fide
christi euellendos:aut prædicationẽ eorum anullando:ignis idest uerbum dei ardẽs uel spiritua
lis sentẽtia exiet de ore illorum & deuorabit idest destruet inimicos eorum.i.abiectiones aduer
sariorum reddẽdn eos ad resistẽdum impotẽtes . Et siquis uoluerit eos ledere idest corporali-
ter interficere sic.i.simili sentẽtia mortis corporalis:oportet eum occidi.Vnde antichristum qui
eos occidet se simulãtẽ in moote olitueti coelum ascẽdere:interficiet dominus spiritu oris sui.Hii
habẽt potestatẽ claudẽdi cœlum aereum ne pluat diebus prophetiæ eorum qui durabunt p tres
annos & dimidium:uel habẽt potestatem claudẽdi cœlum idest sacrã scripturam quæ cœlat ar
chana ne pluat diebus prophetiæ eorũ:quia nõ prædicabunt nisi tempore congruo.Et potestatẽ
habent super aquas conuertẽdi eas in sanguinem sicut moyses fecit in egypto:uel potestatem ha
bent super aquas idest super doctrinas suas quæ sunt fidelibus aquæ rigãtes:conuertẽdi eas quã
tum ad hos quos reprobatos uiderunt in sanguinẽ.i.in peccatum:quia dũ uerbũ dei ab ipsis nõ
recipitur:ad eorum dãnationẽ eis prædicatur.Vel ideo habent potestatẽ cõuertẽdi aquas in san
guinẽ:quia ex eorum doctrina multi conuertẽtur qui ab antechristo interficienter & sic aquæ in
sanguinẽ conuertẽtur.Et potestatẽ habent percutere terrã omni plaga quocienscunq; uoluerint
sicut legitur de Moyse in exodo:uel potestatẽ habẽt percutere terram idest terrena sapiẽtes om
ni plaga.i.oĩ genere dãnatiõis p̃dicando eis oẽs pœnas æternæ calamitatis.Et cum finierint testi
monium suum.i.prædicationẽ in qua peribebunt testimoniũ de christo:bestia scilicet antechri
stus qui dicitur bestia propter brutalitatem crudelitatẽ & uoracitatẽ quæ quidẽ bestia ascendet
de abisso malitiæ & iniquitatis & tenebris infidelitatis faciet aduersus eos bellũ disputatiõibus
miraculorum operationibus:persuasionibus:promissionibus:& tormẽtis corporalibus.Ipsi uero
ostendẽt eum mendacẽ coram omnibus hominibus.unde gentes uidentes illũ cõfusum & eius
seductionem a famulis dei increpatam:fugient ab eo & adherebunt profetis illis iustis . Videns
ergo seductor se durissime increpatum & ab omnibus contemptum:uincet illos uiolentiam in-
ferendo:quia occidet illos.Et corpora eorum iacebunt inhumata in plateis ciuitatis magnæ scili
cet hyerusalem:quæ uocatur spiritualiter sodoma & egyptus:Sodoma idest muta:quia tempore
antechristi a cõfessione nominis iesu christi erit muta.Vocatur etiam egyptus idest ceca propter
tenebras iofidelitatis:ĩ qua ciuitate dominus illorum scilicet christus crucifixus est. Et uidebũt
oculis carneis aliqui de populis & tribubus & linguis & gentibus corpora eorum per tres dies &
dimidium io plateis iacentia ad uictotiam & gloriam antechristi:& corpora eorum non sinent
sequaces antechristi poni in monumentis ut discipuli helyæ & ennoch scilicet professores huius
religionis & alii confundantur & terreantur.Et inhabitantes terram idest terrena sapientes gau-

debunt super illos: idest de morte & confusione illorum. Et iocundabuntur & munera mittent inuicem quod est signum magnum congratulantium. Ideo autem gaudebunt quoniam hi duo prophetæ dum uiuerent cruciauerunt eos: idest cruciatum sempiternum promiserunt eis: qui habitant super terram & post dies tres & dimidium spiritus uitæ idest anima æternaliter uiuificans a deo: idest uirtute diuina intrabit in eos: & stabunt super pedes suos & tumor magnus reuerentiæ dei uel pœne infernalis cadet super eos qui uidebunt eos resuscitatos. Et audient uocem magnã de cœlo dicẽtẽ illis. Ascẽdite huc scilicet ad consortiũ beatorum. Et ascẽdent in cœlũ in nube ad pfruẽdũ gloria cœlesti: q̃ fidelibus suis daturus ẽ deus q ẽ i sclorum sæcula benedictus. Amen.

¶ Explicit speculũ historialæ de statu Ordinis carmelitarum.

¶ Hic incipit speculũ ordinis beatæ Mariæ de monte carmeli.

Filii sanctorum estis fratres huius sanctæ religionis professores: cuius fundamentum in montibus sanctis cuius initiũ cuiuslibet religionis præcessit exordium signo castitatis insigniti: ac titulo uirginis mariæ decorati quæ est fons misericordiarum mater nostra. Excitetur nunc uestra deuotio Fratres Beatæ Mariæ de monte carmeli: diligenter ad præsens opusculũ mentis intuitũ tanq̃ ad speculũ dirigẽtes: in quo potestis statũ uestrum aliqualiter contẽplari. ¶ Primo enim ostẽditur qui fuerunt huius religionis primi fundatores. ¶ Secũdo de loco ubi incepit. ¶ Tertio de tempore quo fidem catholicã susceperunt. Quarto quare ordo beatæ Mariæ uirginis nuncupat. ¶ Quinto de regula & cõfirmatiõe eiusdẽ. ¶ Sexto de habitu. ¶ Septĩo q̃liter nouissime i pribus occidẽtalibus & citra mare sunt rã salubriter dilatati.

¶ Capitulũ primũ de primis fundatoribus huius religionis.

Primos huius sanctæ religionis fundatores ostẽdit beatus hieronymus in epistola ad paulinũ dicens. Noster princeps est helyas noster dux est helyzeus: nostri duces filii prophetarum qui habitabãt in agro & solitudine: & faciebãt sibi tabernacula prope fluẽta iordanis. Similiter & Ioannes cassianus ait. Sic decet inquit religiosum icedere: sicut constat illos ambulasse qui in ueteri testamento professionis huius fundauere primordia: helyã & helyzeũ quod scripturarum anctoritate mõstratur. Helyas thesbytes fuit filius sabbata ex tribu aaron: qui montẽ carmeli legitur inhabitasse: & in eodẽ monte ad præces eius igne de cœlo descendente: idolatrias & errores legis extirpauit. Hic assumptus in curru igneo una cũ enoch: in paradiso terrestri usque ad aduentũ antechristi reseruatur. Ipsi ambo tempore antechristi sunt fidem catholicã defensuri: ab antechristo in hyerusalẽ sunt occidendi: & glorioso coronabuntur martirio. De ipso sancto helya legitur in historiis scolasticis q ante natiuitatẽ suam pater suus in somnis uidit uiros cãdidatos se salutantes: præsagiũ futurorum designans: quales imitatores deberet habere imposterũ. Hic discipulos habuit primo helyseum filiũ saphat: quẽ cum helyas in ministrum & discipulum nutu dei uellet assumere: misit helyas palliũ suum super illum: qui statim relictis bobus agrorum cucurrit post helyam dicens. Osculer oro te: patrem meũ & matrem meam & sic sequar te. Inde secutus est helyam & ministrabat ei. Huius societatis fuit sanctus Ionas propheta filius mulieris sareptææ quem suscitauit helyas. Hunc puerũ dimisit helyas in bersabeæ iuda tũ fugeret per desertum a facie iezabel: quæ ipsum nitebatur occidere: tertio: regum. xix. Abdyas uero propheta primo fuit de familia regis achab & impiissime iezabel. Quæ cum omnes prophetas dei occidi iussisset: abdias pauit centum prophetas in speluncis & specubus. Hic sanctus abdias fuit dux ille qui tercius scribitur accessisse ad sanctum helyam & in montem carmeli: cui pepercit helyas & quinquaginta suis. Tandem secũdum hyeronimũ in prologo: relicto regis obsequio: factus est helyæ discipulus. Similiter & beatus Ioannes baptista ad imitatiõem istorum cum aliquibus filiis prophetarum elegit habitare super fluuium iordanis propter sanctitatem: quia helyas & helyzeus transierunt cum sicco pede: & diuisus fuit fluuius ad imperium eorum & ad tactum pallii sui. Hoc dicit magister in historia tripartita. Nam & corpus beati ioannis baptistæ fuit sepultum inter corpora sanctorum helyzei & abdie per manus discipulorum suorum tanq̃ eiusdem deuotionis frater & professor. Vnde ysidorus. vii. ethimologiarum. xiii. capitulo dicit: q religiosi cenobitæ imitantur apostolos: heremitæ uero helyam & Ioannem bapti-

stam. Vitam autem ipsorum & aliorum sanctorum tam ueteris q̃ nouæ legis qui hanc religionẽ professi sunt ne nimia ꝓlixitate legentibus fastidium generetur:ad præsens omitto.

Secundum capitulũ de loco ubi ista religio dicitur incepisse.

QVoniam locorum sanctitas frequenter deuotionem trahit animorum:huius religionis professores loca quæ helyas & helyzeus frequentabant:in sancta pœnitẽtia uestigiis ipsorum inherendo pro contemplatione cœlestium specialiter elegerunt. Alii super fluuium iordanis:alii in samaria:alii in sarepta. Vnde legitur in crõicis q̃ post ascẽsionem domini in eodem loco ubi helyas inuenit nicheam mulierẽ uiduam colligentem ligna propter deuotionem loci & sancti prophetæ:fuit edificata una ecclesia in honore dei & beatæ Mariæ uirginis. Alii uero habitabant in mõte carmeli & in aliis locis desertis. De quibus uincentius.xx.libro.xcviii.capitulo. Secessores inquit mundo insidias occultas diaboli calcauerunt a principio:conflictu demonibus aggredi cupientes uastos heremi secessus penetrare non timuerunt ad imitationem beati Ioannis baptistæ helyæ quoque & helyzei atque aliorum. Locum autem sanctum montis carmeli helyas & helyzeus specialiter ĩhabitasse leguntur:& successores eorum & sancti patres tam tempore legis mosaycæ q̃ nouæ legis ibidem deo deuote seruierũt. Vnde uitam sanctorum ipsorum & locum describit magister in historia tripertita libro primo capitulo.li.&.lii.dicens. Vin sancti sæculo renunciantes uariis desideriis & affectionibus tracti ac feruore religionis accensi:eligebant sibi loca proposito suo & deuotioni magis conuenientia:aliqui ad exemplum & imitationem sancti uiri & solitarii helyæ prophetæ in monte carmeli: & maxime in parte illa quæ supereminet ciuitati porphiriãe quæ hodie cayphas appellatur quæ fons helyæ dicitur:non longe a monasterio beatæ uirginis margaritæ uitam solitariam ducebant in alueari bus modicarum cellularum tanq̃ apes domini dulcedinem spiritualem mellificãtes. Est autem inquit alius carmelus transiordanem iuxta desertum solitudinis in quo latuit dauid fugiẽs a facie saul:ubi est habitatio nabal uiri stulti. Hic autẽ in quo habitauit helyas situs est in maritimis distans ab accon quatuor milliaribus. In hoc sancto mõte prohibuit helyas prophetas baal interfici:ne pollueretur sanguine eorum. Mons enim inquit sanctus est:errores legis ibidem extirpauit:& populum israel diuino suffragante præsidio:in fide reformauit. Et quia hæc religio ĩ hoc sacro monte tanq̃ uitis firmiter radicata a mari usque ad mare palmites suos extendens per uniuersos christiãorum fines suauiter redolere ac fructum copiosum facere dinoscitur ad fidei catholicæ nutrimentum:iccirco de monte carmeli ab omnibus usque ad hodiernum diem consueuit appellari.

Tertium capitulũ de tẽpore quo fidem catolicam susceperunt.

CVm igiẽ in sancta pœnitentia perseuerassent a tẽpore sanctorum helyæ & helyzei ꝓphetarum & regis Achab qui regnauit secundum eusebium cesariensem ante incarnationem domini nostri iesu christi:per annos duo milia centum & trigintaseptẽ tunc abcesserunt tenebræ & lux uenit in mundũ quæ est ꝓmissio dei patris:quam prædicari per os prophetarum audierant arbitrati sunt:quia miserat deus filium suum natum ex muliere:& testimonium ueritatis:scilicet beatum ioannem baptistam:deinde christum prædicãtem audierunt:qui religiose fidem catholicam confitentes:in christo baptizati sunt. Deinde perseuerantes in doctrina apostolorum habentes gratiam ad omnem plebem ueritatis euangelicæ nuncii fideles ac fidei christianæ legittimi defensores effecti sunt. Vnde in cronicis romanorum legitur sic. Fuit tempore prædicationis iesu christi domini nostri q̃ fratres de monte carmeli accesserunt:& illorum anno septimo a passione domini regnante romano imperio & tempore titi & uaspasiani imperatorum apud hyerusalem in porta aurea religiose confederũt. Vbi tempore beati petri apostoli antiochiæ cathedrati ipsi in circunquaque regione adiacenti diuersis locis catholicæ pro fide insistebant. Processu uero temporis præcipue circa annos ab incarnatione domini nostri iesu christi.dccc.uniformiter secundum regulam & obseruationes ab ecclesia & patriarchis illius temporis eis impositas magis solito uiuere ceperunt.

Quartum capitulum quare ordo beatæ Mariæ uirginis uocatur.

PRofessores huius religionis titulo beatæ mariæ uirginis decorari decuit: qui primi in sancta uirginitate ac paupertate uoluntaria seipsos dedicasse leguntur. Vnde beatus Hieronymus in epistola ad eustochium de uirginitate seruanda dicit. In aotiqua lege sola erat benedictio liberorum: & subdit. Paulatim uero increscente segete messorum immissus est uirgo helyas: uirgo helyzeus uirgines filiū multi prophetarū. Nam & helyas fuit de stirpe Aaron: de qua & beata uirgo sumpsit originem. Virga igirur Aaron floroisse ac amigdala protulisse dicitur: quia uirginitas sterils iiu sanctis patribus: i uirgine maria fœcūda floruit ac di latautibus foliis ad augmentanonem diuini cultus regina uirtutum in professoribus suis fructū gratissimum dinoscitur prorulisse. Ea ergo deuoti in domino gaudete qui florem pulcritudinis ac uirginitatis titulum obtinere meruistis: secundū q̄ isayas de ipsa prophetauit dicens. Data est ei gloria libani decor carmeli & saton. Vnde & sponsus ecclesiæ preminentiam eius considerans: sibi magisterium huius sanctæ professionis attribuendo dicebat. Caput tuū ut carmelus canticorū vii. Ipsa etiam personaliter in ipso sancto monte carmeli cum sanctis uirginibus & religiosis eiusdem loci frequenter dicitur habitasse: tum ppter sanctitatem loci & deuotionē ibidē habitantium: tum propter uiciniratem locorum. Distat enim ciuitas nazareth a monte predicto per tria miliaria. Decebat igitur ut mater uirtutum locum sanctæ sanctitatis & deuorionis filios per suam personalem præsentiam decoraret. Fratres uero tempore quo ecclesia per totam iudæā & samariam edificabatur post ascensionem domini iu eodem monte iuxta quendam fonrē ubi habitauit Helyas oratorium iu honore beatæ mariæ uirginis primi construxerunt. Deiude processū temporis cum ordo beati benedicti mulnplicari cepisset: quidam monachi ordinis predicti in monte carmeli uolentes habitare: capellam in honore beatæ uirginis margaritæ construxerunt. Icciroo ut sancti monachi a fratribus predictis discernerentur: tam ipse locus qui fons helyæ dicitur: quam ipsi fratres ordinis beatæ mariæ uirginis ab omnibus consueuiuit appellari. Vnde & sancta sedes appostolica præmissis rationibus diligenter inspectis: huic religioni titulum beatæ mariæ uirginis per litteras suas solenniter apptopriari decreuit.

¶ Quintum capitulum de regula & confirmatione eiusdem.

REgulam & modum eorum uiuendi qui a principio nascentis ecclesiæ: pœnitētiam ac religiosam uitam processii sunt: modernis religiosis stuporem inducit: nec solum difficile est eis: immo impossibile uitam illorum imitari. De quibus Ioānes cassianus libro secūdo de institutis monachorū dicit. Cum in primordiis fidei pauci quidē: sed probatissimi censerentur a beatæ memoriæ euāgelista marcho uormam suscipere non solum secundum cōmunem uitam ab apostolis in actibus apostolorum datā: ut scilicet haberent omnia cōia & diuiderentur prout un cuiq; opus erat: uerū etiam multum sublimiora cumulauerāt. Etenim sedentes in secreta suburbiorū loca agebant uitam caute abstinentiæ rigore districtam: ut etiam stupori esset tam ardua conuersationis eorū professio. Verum de religione predicta quidam frater ioānes nomine hierosolymitāus patriarcha sicut scribitur in cronicis romanis predictis fratribus suis certam regulam non habentibus: regulam a beatis patribus paulino successiue & a basilio uiris religiosis editam: ac in sacro canone uidelicet. xviii. q. ii. solēniter apptobatā: dedit imposterum obseruandam. Processu uero temporis fuit iu anthiochia quidam patriarcha Americus nomine: natione limonicensis de uilla de salamiacho qui tempore suo deleuit errorem maronicarum: qui a marone heretico dicebantur. Morabantur autem circa iuga libani in errore de duplici uoluntate in xp̄o ducentis aunis. Hic autem patriarcha uenerabilis predictorum fratrū beatæ mariæ uirginis laudabilē cōuersationem attēdens: tempore alexādri papæ tercii ipsos fratres multum specialiter in domino nutriebat & in scriptis modum uitæ ipsorū redigens ipsos separatim in cellulis per totum montem carmeli habitantes: sub cura unius adonauit: & professionis uinculis colligauit: & ut fratres heremitæ beatæ mariæ uirginis de monre carmeli ex tunc uocarentur: ordinauit ac in menre sua disposuit predicta omnia per sedem apostolicam facere confirmari. Inter quos uenerabilis pater Antiochenus patriarcha habuit nepotem suum uirum religiosum sanctum & famosum. Quilibet postmodum sic in unum congregatis: Albertus patriarcha hierosolymitāus apostolicæ sedis legatus ante cōcilium lateranēse anno domini M.c.lxxxx. de regula beati basilii predicta quædam salubria & specialiter illa quæ erant de substātia uori accipiens: & alias quasdam obseruationes quæ pro statu predictorum fratrum uidebantur expedire

prædictis inferens:certam regulam:& eisdem iniunxit obseruandam.Hanc regulam confirmauit Alexander papa tercius:post solenne concilium per ipsum turonis in regno franciæ celebratũ anno domini.M.c.lxi.Innocentius uero tertius natione campanus qui sextus successit Alexãdro papæ prædicto:eandem regulã confirmauit:anno domini.M.c.lxxvi.Tempore uero huius innocentii tertii sanctus dominicus in ciuitate tholosana ordinem fratrũ prædicatorũ primus incepit:anno domini.M.c.xcviii.Similiter & beatus Franciscus qui ante conuersionẽ uocabatur Ioannes:tempore eiusdẽ innocentii papæ tertii apud assissium ordinẽ fratrum minorũ incepit:anno domini.M.cc.vi.Deinde honorius papa tertius prædictã regulã fratrum ordinis beatæ Mariæ uirginis de monte carmeli confirmauit Anno domini.M.cc.xxv.qui eodẽ anno cõfirmauit ordinẽ de ualle scolariũ.Verũ quia prædicta regula fratrum ordinis beatæ Mariæ uirginis grauis erat:nec eis in uillis & ciuitatibus habitare licebat.Iccirco Innocentius papa quartus in concilio lugduuẽsi per uenerabiles patres hugonẽ de sancto Theodoro præsbyterum cardinalẽ: & dominũ Gulielmũ anteradensem episcopũ prædictã regulã mitigari cœpit & corrigi:ac ipsam mitigatã sub bulla sua confirmauit anno domini.M.cc.xlvii.Quam regulã postmodũ cõfirmauerũt Alexander papa quartus Vrbanus & Clæmens.Gregorius.x.Bonifacius.vii. Et sic regula prædicta fratrũ beatæ Mariæ uirginis secundũ substantiã sui nullatenus uariata remanens:multis confirmationibus & priuilegiis extitit roborata:nec non & totus ordo quẽ soli romano pontifici:& soli sedi apostolicæ tam in spiritualibus q̃ in tẽporalibus absque ullo medio uoluit sedes apostolica subiacere:ac ipsum ordinẽ sic exemptũ multis priuilegiis & graciis solidauit. Bonifacius uero papa in.vi.decretaliũ approbando statũ & confirmationẽ dicti ordinis fratrũ beatæ Mariæ uirginis certam & expressam de ipsis uoluit facere mentionẽ dicens: ꝙ eius institutio sicut uerũ est cõciliũ lateraneuse precessit:& ideo prædictũ ordinẽ in statu solido ac ꝑpetuo uoluit ꝑmãere.

¶Sextum capitulũ de habitu huius ordinis.

TEmpore quo raptus est helyas in cœlũ:fratres in signũ sanctitatis & deuotionis super habitũ suæ professionis palliũ duplicis coloris gestare consueuerunt. In quo colores albus.s.& griseus statũ duplicẽ scilicet castitatis & pœnitẽtiæ designabant.Itẽ septem partes abinuicẽ distinctæ totũ palliũ integrantes perpendiculariter descendebat:quarum tres griseæ tres uirtutes theologicas:& quatuor coloris albi quatuor uirtutes cardinales figurabant.Ad tactũ huius pallii aquæ iordanis diuisæ sunt: sicut scribitur.iiii.regum.ii. capitulo Processu uero temporis quia signũ huiusmodi in partibus galliarũ & italiæ minus religiosum hominibus uidebatur:ipsum tẽpore Nicholai papæ dimiserunt.Nam sicut dicit Ioannes cassianus libro primo de institutis monachorum.Religiosi debent habere succinctorũ palliũ: & cætera quæ religiosi quondã in partibus egypti portare solebant.Cæterũ a nobis inquit sunt tenẽda illa tantũmodo:quæ uel locorũ situs uel prouinciæ usus admittit.Melotæ enim gestatio:derisionem potius q̃ edificationem ullam uidentibus comparauit.Iccirco fratres in capitulo suo generali montis pesulañ. celebrato anuo domini.M.cc.lxxxii.pallium prædictum deponentes: authoritate prædicti summi pontificis & apostolicæ sedis:cappam albam in signum suæ religionis assumpserunt.

¶Septimũ capitulũ de dilatatione ordinis.

QVamuis cæteros ordines hæc religio præcesserit:tamen domibus & edificiis cæteris religionibus minus est dilatata:eo ꝙ nouissime uidelicet tempore beati lodouici regis francorum citra mare partes istas:scilicet franciæ:italiæ:ac partes alias orientales habitare ceperunt. Ipsi enim in terra sancta: regionibus: & insulis circũadiacentibus in sancta pœnitentia & seruitio iesu christi usque ad totalem amissionem terræ sanctæ fideliter perstiterunt.Tandem ciuitate accon & aliis ciuitatibus & castris christianorum per manus paganorum occupatis: infideles loca prædictorum fratrum:& irruentes in fratres & oratoriis suis & in altaribus sacris ornamentis indutos:impie ac miserabiliter trucidabant. Vnde in illa desolatione loca relinquere compulsi sunt.Et q̃ plures eorum glorioso sunt martirio coronati.Verum tamen diuina disponente clæmẽtia quæ totaliter sanctum ordinem noluit delere:beatus Lodouicus francorum rex illustrissimus per aliquod tempus ante demolitionem prædictam patrimo

nii domini nostri iesu christi quosdam de prædictis fratribus in regnū franciæ perduxerat:quos parisius ciuitate sua regia collocauit.Nam secundum illos qui ueraciter cunctis adulacionibus abiectis uitam & fœlices actus eiusdē regis conscripserunt:pius rex lodouicus anno domini . M. cc.l.transfretauit contra inimicos crucis pugnamrus.Qui cum exercitu suo derelictus est a deo: qui dereliquit filium suum in manibus iudæorum propter peccata nostra:sed infra paucos dies soldanus babyloniæ qui se christianos uicisse gaudebat:a suis est occisus.Pius autem rex reddita damieta quam prius ui armorum acceperat cū omnibus suis euasit. Remansit autē rex christianissimus in terra sancta.Cesariam.Ioppen & accon:& alia quædā christianorū loca firmauit. Eodem similiter temporis interuallo:sepius adiit loca sancta quæ dominus:noster iesus christus corporali præsentia consecrauit.Et tunc montē sanctum carmeli ascendit & locū fratrū successores prophetarū habitantiū ibidē:& fontē helyæ:& speluncā in qua helyas:& alii q̄ plures sancti patres inhabitauerunt diligenter contemplatus:propter sanctitatem & conuersatiōem eorū laudabilem quā de eisdē in terra illa fama comunis longe lateque diffuderat:humiliter uisitauit.Et cū tantæ religiositatis ac pœnitentiæ uiros & titulo beatæ Mariæ iu toto orbe quo ad ordines approbatos singulariter insignitos:regnumque suum ac partem orientalem conspiceret uiris tātæ perfectionis carere:disposuit ad regnum suum secum aliquos ducere:ut de regno suo ad regna alia uiros diriuaret perfectos.Et tunc a priore dicti loci cum instantia fratres impetrauit. Quos tamq̄ alter ioseph fratrum saluator diuina disponente prouidētia ante totalem amissionē terræ sanctæ citra mare ad partes suas secum adduxit.Et sic nouissime: scilicet a diebus sanctissimi regis lodouici multiplicari citra mare in multas prouincias. prouinciæque in domos : domusque in personas multas sufficientes & idoneas per orbem uirescendo florent:& florendo multū fructum afferunt ad fidei catholicæ fulcimentum:expectantes beatam spem & uitam æternā quam fidelibus suis daturus est deus qui est benedictus in sæcula sæculoꝝ Amen.

¶Explicit speculū ordinis beatæ Mariæ genitricis dei de monte carmeli.

¶Actor huius opusculi erat frater Ioannes de chimeto lector sacræ theologiæ.

¶Hic incipit tractatus super regulā ordinis carmelitaꝝ.

Viuslibet religionis titulus ortū habet a loco uel a sancto. A loco quidē:ut a cistercio cistercienses quomodo ordo noster a loco carmeli est iutitulatus.A sancto:ut cū successores uitam & regulam sibi elegunt obseruandā : quam aliquis sanctorū sibi elegit prout canonici nigri dicuntur de ordine sancti Augustini.Et isto modo Fratres ordinis beatæ Mariæ in bullis apostolicis sumus nominati.Elegimus enim regulā cuius multa similia puncta beata uirgo maria in uita sua seruare curauit.In primis constat eam perfecte obediētē fuisse.Angelo enim nūcianti respōdit.Ecce ancilla domini fiat mihi secundū uerbū tuū . Et de hoc in regula.Priori obedienriā promitrat qolibet aliorū:& promissam studeat operis ueritate seruare.Constat etiā eam propriū abdicasse.Absit enim eā a regula apostolica quæ uia perfectionis nuncupatur exclusam fuisse.De qua regula scriptū est actuū.ii.Omnes qui credebāt erāt pariter:& habebant omnia comunia.Et infra:capitulo quinto.Er uullus suū esse dicebat. Et de hoc iu regula.Nullus fratrū aliquid sibi esse propriū dicat: sed sint uobis omnia comunia: & cætera Constat eam castitatē fideliter seruasse:de qua scriptū est.Ecce uirgo concipiet & pariet filiū. Et de hoc in regula.Accingendi sunt lumbi cingulo castitatis.Secūdo idē patet per specialia capitula.Legitur enim de ea ꝙ frequēter uisitauit loca baptismi christi : & ubi christus ieiunauit : quæ sunt loca deserta secūdū magistrū in historiis.& sic heremiticæ uitæ apta.Visitauitque loca inhabitata:nazareth scilicet & bethleē.Et quia loca herēitica & alia erant sibi cara:ideo simile dicitur in regula.Loca autē habere poteritis in heremis:uel ubi uobis donata fuerint &c. Itē concordāt sanctis:ꝙ cū angelus nūciabat filiū dei incarnationē:eā inseparata camera contēplantē inuenit. Et de hoc in regula.Iuxta situ loci quē inhabitare ꝓposueritis:singuli uestrū singulas habeant cellulas separatas.Præter hæc cū edētibus & bibentibus uixit in cōmuni loco ut in nazareth: in parētum domo:in quo comunē cōmendauit refectionis locū.Propter quod dicitur iu regula.In cōuni refectorio ea quæ uobis erogata fuerint:sumatis.Legitur quoq; de ea in libro de floribus sanctorum ꝙ cum ad templum a parentibus fuerat ducta:non solitaria sed cum aliis uirginibus in

templo erat dimissa. Vnde quo ad comune oratoriũ subditur in regula. Oratorium construatur in medio cellularum. Collegium tenuit cũ ioseph layco:& cum ioanne euangelista summo clerico:utroq; in suo statu uiro deuoto. Sic ordinẽ nostrũ in laycis & clericis constitui uoluit:& utrisq; in regula horas deuotionis distinguit. Vnde de clericis dicitur. Hii qui horas canonicas cum clericis dicere norunt &c. De laycis quoq; subiunctũ est: Qui uero eas non nouerunt & cætera. Hieronymus in quadã epistola ad otamaciũ & elyodorũ dicit q; beata uirgo hanc regulam sibi statuit:ut a mane usq; ad tertiam:orationibus insisteret. A tertia usq; ad nonã:textrino operi uacaret. A nona ab oratione nõ recedebat:quousq; angelus apparẽs:escam sibi dabat. Propter assiduitatem orandi quã exercuit:dicitur in regula. Maneant singuli in cellulis suis uel iuxta eas die ac nocte in lege domini meditantes & in orationibus uigilantes. Propter continuationẽ operandi: dicitur ibidẽ. Faciendũ est uobis aliquid operis:ut semper diabolus uos inueniat occupatos ne ex ociositate uestra aliquẽ intrandi aditum ad animas uestras ualeat inuenire. Quod usq; ad nonam ieiunauit:de ieiunio nos instruxit. Vnde in regula. Ieiuniũ singulis diebus a festo exaltationis sanctæ crucis &c. Quod cibum ab angelo suscepit:nos instruxit cibis tantum sobriis quæ uitæ congruunt spirituali:non carneis & lasciuis fore uescendum. Vnde ibi. Ab esu carnium abstineatis nisi infirmitas uel debilitas &c. Silentium multũ seruauit. Non enim legitur in euangelio locuta fuisse nisi quater:ut dicit bernardus. Scilicet angelo in annunciatione. Elizabeth in salutatiõe. In nuptiis in chaua galileæ:& filio in eius inuentione De hoc in regula:& primo in generali. Cõmendat enim apostolus silentium cũ in eo precipit operandum &c. Et in speciali cum subditur: Ideoq; statuimus ut dicto completorio silentium teneatis usq; ad primã dictã sequentis diei. Cõstat eam simplicitatem dilexisse. Quando enim iuit in bethleem ubi filium pareret:in adiutoriũ non equum sed asinum secum duxit ut dicitur in historiis. De hac nostra simplicitate dicitur in regula. Asinos siue mulos habere poteritis &c. Constat ẽt eã in magna fide spe & caritate stabilem fuisse:cum in filii sui pasione permansit:alii uero eo relicto fugerunt. De perfectione caritatis dicitur in regula. Induenda est lorica iustitiæ ut dominũ deum uestrum ex toto corde uestro diligatis &c.& proximum uestrum &c. De fide subiunctum est. In omnibus sumendum est scutum fidei ut possitis &c. De spe sequitur. De solo saluatore speretis salutem. Ad statum prædicatoris peruenit. Postq̃ enim dei filium conceperat:magnum sermonem fecit. Primo deum laudando & dicendo. Magnificat anima mea domũ &c. Secũdo ad mores applicãdo:ibi. Et misericordia eius a progenie improgenies:& infra. Tertio ad propositum modo sermonis in fine prophetias allegãdo:dicens Sicut locutus est ad patres nostros &c. Vnde in regula. Gladius autem spiritus quod est uerbum dei habundantur habitet in ore & in cordibus uestris:&c. Humilitatem seruauit ad deum dicens. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ &c. Sic in regula debẽt subditi ad prælatũ unde ibi. Vos quoq; cæteri fratres priorem uestrum honorare humiliter. Humilitatem tenuit ad minorem. Cum enim esset mater dei: tribus mensibus ministrauit matri sui præconis. Vnde in regula instruuntur priores de humilitate sic. Illud semper habeatis in mente quod dominus ait in euangelio. Quicunq; inter uos uoluerit maior esse:erit minister uester. Et quia super omnes uirtutes prædictas adhuc alias habuit innumeras preter has quæ in regula ponũtur:ideo supererogatio nobis indulgetur. De hoc in regula. Siquis autem supererogauerit:dominus cum redierit reddet ei sic:igit̃ patet q; merito regulæ ordo titulũ habet beatæ Mariæ. Vnde idẽ ĩnocẽcius quartus qui regulam declarauit dans licentiam confessandi & prædicandi : sic scripsit cito post. Dilectis filiis priori generali & prouincialibus ordinis beatæ Mariæ de monte carmeli: salutẽ & apostolicam benedictionem. Ex tunc romani pontifices usq; in hodiernum diem suis bullis & litteris in principio:prædictum titulum beatæ Mariæ conscribunt. Et ioannes:xxii. in priuilegio exemptionis perhibet testimonium super istis dicens. Sacer ordo uester in agro domini plãtatus & gloriosæ uirginis mariæ titulo specialiter insignitus:apostolicis gratiis digne meretur attolli.

¶ Explicit tractatus super Regulã fratrum Ordinis carmelitarum.

¶ Hic incipit compendium historiarũ & iuriom pro defensione institutionis & confirmationis ordinis beatæ mariæ de monte carmeli.

Beatus bernardus in quodam sermone quem fecit de laudibus beatæ mariæ eam specialiter laudat per decorem carmeli dicens. Data est ei decor carmeli & saron. In suis igitur carmelitis deo inspirante & ipsa adiuuante:contra dicti ordinis detractores nõ per fabulas sed per res gestas ipsam laudare disposui per nouem particulas proceden-

do.Prima parcicula est de loco ubi incepit ordo carmeli.Secunda de antiquitate ordinis carmelitarum.Tertia de tirigine ordinis carmeli.Quarta de regula.Quinta de intitulatiõe ordinis nomine beatæ mariæ de monte carmeli.Sexta de habitu ordinis carmelitarum.Septima de confirmatione eiusdem ordinis iure diuino.Octaua de confirmatione eiusdem iure canonico comuni Nona de coofirmatione eiusdem iure canonico speciali.

❡Prima particula est de loco obi incepit ordu carmeli.

ORdo carmeli incepit tibi helyas propheta habitare consueuit: secundum quod dicit libro 30 uincentius in speculo historiali libro.xxxi.capitulo.c.xxiii.Et hoe idem testificatũ est a multis romanis pontificibus:qui in regula bullata sic scribunt.Priori & fratribus de monte carmeli iuxta fontem helyæ motantur:salutem & apostolicam benedictionẽ Nec credendum est carmelum helyæ eundem esse qui & carmelus nabal.Nam secundum hieronymum super isayam capitulo.xvi.Mons carmeli in quo orauit helyas:est mtns inter feoicem & palestiná. Et ut habetur in libro catholicon non est ille de quo nabal carmelus dicitur. Ille enim mons est galileæ:& ctncordat magister in histuriis:primo regum.xxv.capitulo.

❡Secunda particula de antiquitate ordinis carmelitarum.

ORdo carmeli tanta fulget antiquitate q̧ de hoc in iure non extat memoria.In decreto enim lugdunensis conciliũ quod incipit Religionum diuersitatẽ:sic mentio de lateranensi concilio:& tunc subditur ibidem.Carmelitarum ordinis institutio dictum generale concilium præcessit:nec ponit certum tempus suæ processionis.Per quod patet:q̧ ab antiquo præcessit q̧ de eius antiquitate in iure non inuenitur memoria.In prima insup constitutione dicti ordinis edita ab antiquo inuenit̃ q̧ a tẽpore helyæ & helyzei ꝓphetaꝝ montẽ carmeli inhabitantiũ:quidá uiri cotitẽplatiui in eodẽ monte soccesserũt:& fratres de carmelo erant nominati:ac post christi incarnationẽ capellá in honore beatæ mariæ erexerũt:& eius titulum elegerũt.Et hoc testimoniũ ualidũ est a iure:quia in decretis.xiiii.q.ii.scriptũ est in capitulo super prudẽtia.Quod monachi possunt testificari in causa sui monasterii:Et redditur ratio ibi. Quia illi potissimum in testes sutit assumendi:q eadem negutia tractauerunt.

❡Tertia particula de origine ordinis carmelitarum.

ORdinẽ carmeli exemplũ cõtẽplationis a cuneti prophetaꝝ apparet ortũ habuisse. Magister enim in historiis primo regũ decimo dicit:q̧ Samuel fuit primus q constituit cõuentus religiosorum & uocabat̃ cuneus prophetarum quoꝝ officiõ fuit deũ cõtẽplari·Postea uero adheserũt helyzeo uiri cõtẽplatiui filii ꝓphetaꝝ : ut habet̃ quarto Regũ:cap.ii.Hác insup cõtẽplationẽ q̃ cuneus & filii ꝓphetaꝝ inchoauerát:qdá carmelitæ ut de facto notũ ẽ:necnõ & uincẽtius i speculo historiali ubi supra testat̃:in carmelo quẽ helyas ꝓpheta inhabitauit:continuare curauerunt:& sic ortum habuerunt.

❡Quarta particula de regula.

ORdo carmeli accepit regulẽ ab alberto hierosolymitãti patriarcha:quã multi romani põtifices postea cõfirmauerũt:ut dicit uincẽtius in speculo historiali ubi supra:& patet in multis bullis quas habet ordo prædictus.Sed quia aliqui minus periti dicũt eã nõ esse regulá sed uiuẽdi formulá:distant prius q̃ loquãtur:quia forma uiuẽdi a regula nõ distrahit:sed regulá diffinit.In decretis enim distĩctiõe tertia.cap.Canon:sic scribit̃. Quod regula ex eo dicta est q̧ recte uiuendi normá præbeat.Sunt igitur idẽ hæc tria:regula : norma & forma uiuendi:ut patet ex decreto allegato.Et ut oĩbus modis pateat dictũ ordinẽ regulá habere sub omnibus istis nominibus confirmatá:romani põtifices eis regulá tradiderũt.Primo enim eis honorius regulá tradidit sub nomine normæ:ut patet in quadá bulla antiqua quæ lõdon̄. habet̃:ubi sic scribit̃.Honorius seruus seruoꝝ dei &c.Vt uiuẽdi normá regulariter a bonæ memoriæ hyerosolymitão patriarcha editá uos suscepisse dicitis:uobis & successoribus uestris quatẽus eã obseruetis:i remissionẽ iniũgimus peccatoꝝ.Itẽ innocẽtius.iiii.cõfirmauit eis regulá sub noie regulæ i pricipio.Et i fine sub noie formæ uiuendi:ut patet in bulla sua.

❡Quinta de intitulatiõe ordinis nomine beatæ mariæ de monte carmeli.

ORdo carmeli intitulatur titulo beatæ mariæ per plura priuilegia apostolica: ut patet priuilegia ordinis intuenti. Et hoc est testimonium quod perhibet dominus ioannes xxii. in priuilegio exemptionis dicti ordinis dicens. Sacer ordo uester in agro domini plantatus: & gloriosæ uirginis mariæ titulo specialiter insignitus: apostolicis gratiis dignæ meretur attolli. Et hoc sufficit: quia quod sedes apostolica approbat approbatum est ut habetur in decretis. xxiiii. q. praua. Hæc est fides Item in quodā tractatu quem feci super regulam dicti ordis intitulationē illā congruā probaui. eo ꝙ singula puncta in regula cōtenta: imitationē habent ad puncta similia in uita beatæ mariæ ut per singula puncta deduxi.

¶ Sexta particula de habitu ordinis Carmelitarum.

ORdo carmeli congrue habitum accepit secundū ea quæ helyas portauit. Legitur enī de helya ꝙ ipse portauit pallium: ut habetur quarto regū capitulo secundo. Modus enim religiosorum qui in terra sancta habitauerunt: fuit signum distinctum gerere in palliis suis: ut patet de hospitalariis & templariis & bethlemitis. Et ad instar huius in signum distinctionis carmelitæ primo habuerunt pallium: sed cum barris griseis Et rationabiliter talē uestem stragulatam pro tēpore illo portauerūt: quia ab initio mendicitatis perfectionē elegerūt. Vestis enim stragulata: habitus est pauperēm: secundum illod prouerbiorum. xxxi. Palmas suas extendit ad pauperem: & sequitur: Stragulatam uestē fecit sibi. Quod uero processu tēporis carmelitæ capam albam sine barris a sede apostolica susceperunt: ante ortum helyæ erat prænosticatum. Legitur enim in historiis quarto regum. ii. ꝙ Sabacha pater helyæ nōdum nati uidit in somnis uiros candidatos se salutantes. Et prænosticatio illa congrue corespondebat præsenti tempori. Iam enim statutum ē libro tertio decretalium de uita & honestate clericorum: ꝙ clerici & religiosi non gerant habitum uarii coloris.

¶ Septima particula de confirmatione eiusdē ordinis iure diuino.

ORdo carmeli a principio fuit confirmatus iure diuino idest diuina inspiratiōe quod patet. Ex hoc enī patet christianā religionem diuina inspiratione fuisse constitutā: qa nulla persecutione aut legis editione dissolui poterat: prout patet actuū quinto. Volētibus religionē xpianā destruere: dixit gamaliel. Sinite illos. qm̄ si est ex hominibus concilium hoc aut opus dissoluet. Si uero ex deo est: nō potestis dissoluere illud: ne forte & deo repugnare uideamini. Idē est de ordine carmeli. Semper enī deo disponēte in sua antiquitate ꝓcessit: nec per saracenorum persecutionē: nec ꝑ leges editas contra religiosos poterat dissolui: ut patet tertio libro decretaliū in rubrica de religiosis domibus in capitulo. Ne nimia. Et idem patet in eadē rubrica de concilio lugdunensi. Et in. vi. decretaliū capitulo religionū diuersitatem. Secūdo fuit ordo carmeli cōfirmatus iure regulæ xpi & apostolicæ īstitutōis. Regula enī xpi & apostoloꝝ patet ī decretis. xii. q. pria cap. Dilectissimis. Sed ordo carmeli hāc uitā ī cōi & in paupertate sibi elegerunt: ut patet in regula eorum bullata: & in prædicto decreto lugdunensis concilii: & decretali in. vi. libro: ubi inter religiosos mendicantes approbatos cōputatur.

¶ Octaua particula de confirmatione eiusdem iure canonico comuni.

ORdo carmeli fuit confirmatus iure canonico & iure comuni: & primo iure ordinariæ institutionis hierosolymitanus enī pāriarcha ut ꝓmissum est regulā eis tradidit & cōfirmauit ante lateranēse cōciliū: & hoc bn̄ potuit suo iure ordiario: qa ī cōcilio lateranēsi prīo fuit īstitutū religionū sedi apl'icæ r̄seruara: ut patet. iii. li. decretaliū rubrica de religiosis domibus ca. ultīo. Sed ut dr̄. v. lib. rubrica de sentētia excōicatōis ca. Nup Q d non est reseruatum: intelligitur esse concessum. Et istam institutionem ordinariam ab alberto hierosolimitano patriarcha testatur uincentius in speculo historiali ubi supra libro uigesimoseptimo capitulo trigesimotertio. Confirmatus est insuper iure comuni canonicæ ratihabitionis: Licet enim lateranense concilium nouas religiones prohibuit inueniri: tamen quas inuenit ordinaria potestate institutas non reprobauit. Et hoc est a iure ratum haberi: quia iura solum in

Libro 30
cap 123

fututum uolunt canere:& specialiter circa statum religionum mendicantium: ut patet sexto libro rubrica de excessibus prælatorum capitulo primo ubi prohibetur q religiosi mendicantes ex tunc noua loca non recipiant sine sedis apostolicæ auctoritate:quia tū receptionem in præterito non reprobat:quod factum est firmum & ratum reliquit.

¶ Noua particula de confirmatione eiusdem iure canonico speciali.

Ordo carmeli approbatus est iure specialis approbationis sedis apostolicæ religio enī tunc est approbata quando habet regulam traditam sibi a sede apostolica : ut patet quinto libro decretalium:rubrica de excessibus prælatorum capitulo Nimis praua. Et in decretis uigesimaquarta questione praua.Sed ordo carmeli habet regulam a sede apostolica sibi traditam ab honorio tertio:& gregorio nono:ut testatur uincentius in speculo historiali.ubi supra libro uigesimoseptimo capitulo.cxxvii.Et ab Innocentio quarto: & Alexandro quarto:& Nicholao quarto & Vrbano quarto eandem habet confirmatam ut patet in bullis suis.Confirmatus est etiam iure specialis decisionis & diffinitionis ; Dictus enim ordo ut prædictum est ante lugdunense concilium a sede apostolica per multos romāos pontifices erat confirmatus.Sed sequens lugdunense concilium:dictum ordinem manere concessit donec romanus pontifex aliter de eo prouideret.Bonifacius uero octauus ut patet in rubrica extra de religiosis domibus capitulo religionum diuersitatem:totam illam clausulam Donec resecauit: & sic ad firmum & solidum statum quē prius a sede apostolica habuerat reduxit.Et per hoc patet contra maliuolos detractores.Quod & si littera sexti libri haberet In solido statu eos uolumus permanere:cum solitus status eorum qui præcessit:per sedē apostolicam solidus erat & firmus quod adhuc cum dileta sit clausula.Donec in solido & approbato statu pmanebūt.Et nihilominus est certū q debet scribi solido.i.firmo prout dicūt omnes tres glosæ scilicet domini ioānis monachi Guidonis:& ioannis andree . Tertio confirmatus est iure specialis mētionis. Vult enī ius q cum in priuilegio alicuius specialis fiat mentio de aliquo iure:q illud ius ei ualet pro quo inducitur:sed dominus ioannes uigesimosecundo in priuilegio exemptionis tangens istud ius sexti dicit sic.Dictum ordinem in statu firmo solido & stabili:decreuimus & uolumus permanere.Et omnes tres glosæ.vi.libri decretaliū hoc probant:quia ista constitutio bonifaciana subtrahit totam suspensionem quæ fiebat per clausulā donec:& correxit constitutionem lugdunēsem:uerba imitando tollerantiæ illius concilii quæ dicebāt.Carmelitarū ordinē manere concedimus & addendo noua uerba perfectæ confirmationis dicens . Carmelitarum ordinem uolumus permāere.Sed si noua uerba quæ ponūtur per bonifaciū in:vi.libro essent ista.In solito statu uolumus permanere:correctio & mutatio & additio nō haberēt effectū: quia remanere ī solito statu per tollerātiam erat eis cōcessum per uerba lugdunēsis cōcilii: ubi dicebatur. Eos ī statu manere cōcedimus.Sunt ergo uerba bonifacii uerba approbationis ista. Carmelitarū ordinē in statu solido uolumus permāere.Et hoc dicit expresse tertia glosa dn̄i Guidonis quæ comprehendit duas præcedētes:qui dicit sic.Iste ordo est totaliter cōfirmatus ut patet hic.

¶ Explicit cōpendiū historiarū & iuriū pro defensione institutionis & cōfirmationis ordinis beatæ mariæ de monte carmeli:editū a magistro ioanne de bathon ordinis p̄dicti:qui fecit tractatum præcedētem.

¶ Hic incipit tractatus cōtinēs tres articulos super informatione ordinis beatæ mariæ de mōte carmeli.

Ad iformandū uestrā reuerēdā paternitatē sup tribus articulis.Primo uidelicet super successiōe & imitatōe fratrū ordinis beatæ mariæ de monte carmeli ab helya & helyzeo sctis dei pphetis.Scdo sup ītitulatōe eiusdē ordīs a beata maria dei genitrice. Et tertio sup cōfirmatōe eiusdem ordīs in iure cōi & positiuo. Sup quorum articulorū declaratione cum prohibitone contrariæ assertionis humilis prior generalis ordinis prædicti domino nostro papæ humiliter & deuote supplicauit:pro eo q quidam religiosi querentes quæ sua sunt & non quæ iesu christi:in aliquibus partibus populum dei informarunt q dicti fratres nouiter fingunt successionem suam ab helya & helyzeo prophetis ut inde appareant antiquiores. Secundo quot idem ordo non habeat beatam dei genitricem in patro-

nam specialem: inuidentes q fratres dicti ordinis & non ipsi titulo uirginis mariæ specialiter in signiti sunt. Et tertio q ordo predictus in iure cōi minime sit confirmatus: & proinde nec fratres eiusdem ordinis: religiosi sunt dicendi. Ratione cuius informationis fratres ipsius ordinis plura patiuntur opprobria & derisiones ad scandalum populi & ad inquietudinem animarum suarum. Quare reuerende paternitati uestræ prior generalis ordinis prædicti humiliter supplicat & deuote quatenus ob reuerentiá dei & matris eius gloriosæ: & ob contemplationem piæ memoriæ domini fesulani uestræ reuerendissimæ paternitatis consanguinei & fratris eiusdem ordinis dignemini super informatione facienda domino nostro facere relationem: ac eiusdem informationis benigno fauore supplere defectum quo per reuerendissima uestram paternitaté in qua prædictus ordo habet confidentiam specialem dicta supplicatio ualeat obtineri.

De primo articulo.

QVantum igitur ad primum articulum dignetur uestra reuerenda paternitas scire. Q secundum magistrum in historiis Sanctus propheta samuel conuentus religiosorum in iudæa primo instituit: quorum conuentus cuneus prophetarum ac ipsi religiosi filii prophetarum in sacra scriptura nominantur ut dicit nicholaus de lyra super scdm capitulum q̄rti libri regū. Postmodum uero tpe Achab regis israel surrexit quidam propheta de tribu aaron nomine helyas: qui altiorem ac perfectiorem uitá ãplecti cõcupiscés uitá heremiticam & solitariam in monte carmeli qui erat locus contemplationi multum aptus: incœpit. Non diu postea helyzeum in agro arantem uocauit: & ad eundem modum uiuendi induxit: ut patet tertio regum decimonono. Quorum uitam postmodum ionas propheta & abdias aliiq filii prophetarum plurimi imitantes successibus usq ad tempora saluatoris in eodem monte carmeli modo heremitico in sancta contemplatione continuare curauerunt. Qui postmodum ad prædicationem apostolorum fidem catholicam suscipientes: ad diuersa loca terræ sanctæ apta contemplationi se dispergentes: religiosam uitam heremiticam cõtinuauerunt. Sed tandem propter persecutionem saracenorum ad cismarinas partes se transferre tempore innocétii quarti coacti sunt. Quorum successores usq in hodiernum diem dispositione diuina per diuersa regna cismarina sanctam religionem suá ampliare dinoscuntur. Quãuis autem prædictá informationem totaliter & ad plenum per scripturas autenticas iuridice nequeant dicti fratres docere pro eo q in prædicta persecutione saracenorū pauci fratres cæteris interfectis propter deum: & eorum libris ac priuilegiis cæterisq eorū rebus omnibus destructis ad cismarinas partes se transtulerunt. Tamen testimoniis congruis & euidentius: quibus pia fide: merito credi debet: ex multis doceri potest. Primo igitur prædicta informatio doceri potest ex documentis & traditionibus antiquorum patrum dicti ordinis uenientium de terra sancta ad partes cismarinas. Ipsi enim successores suos quos citra mare ad ordinem duxerant informarunt & docuerunt ac aliis subsequentibus in scriptis reliquerunt: q a tempore helyæ & helyzei uitam heremiticá in monte carmeli sectantium alii uiri deuoti, primo filii prophetarum postea religiosi heremitæ nominati: eorum uestigia sequentes iuxta fontem eiusdem montis in sancta pœnitentia usq ad tempora christi laudabiliter successerunt. Qui tandem per prædicationem apostolorum fidem christi suscipientes oratoriū in honore beatæ uirginis mariæ dei genitricis in decliuo ipsius mõtis construxerunt: & ipsam in specialem patroná elegerunt ut patet rubrica prima antiquarum cõstitutionū ordinis prædicti. Et reuerendissime domine ponderare dignemini q uix est aliq religio & p̃cipue de religionibus ãtiqs q̂ aliter docere poterit suá fundationẽ q̄ p documéta & traditiones prædecessorum suorum: nec alia documenta antiqui religiosi habere curauerunt. Sufficit enim eis bona fides & præscriptio antiquitatis: qm̄ si cum quis possideret rem aliq̄ bõa dumtaxat fide solum per trecennium perpetuo gaudebit præsidio decimasexta questione. vi. Prescriptionum. Multo rationabilius religio quæcunque ex qua sequitur feruor deuotionis & animarum profectus: habens documenta a suis prædecessoribus de fundatione & titulo ipsius per ducentos uel trecentos annos sua fundatione & titulo perpetuo præsidio debet gaudere. Nec nonnulli ĩpugnatores huiusmodi fundationum aut titulorum nisi euidentes rõnes ostendant ad contrariū. nõ deberent audiri: sed tãq̄ temerarie præsumétes repelli. Nec obstat contra istam informationem illa regula iuris domestici ad probationem minime sunt assumẽdi: quia decimaquarta questione. ii. dicit sic. Diuersæ sunt species cãrū: nec ĩ oĩbus causis crimĩa agitãtur

In criminalibus siquidem accusatorum & testiũ illa districtio obseruanda est quæ in canonibus
continetur:ne ad probationem domestici assumantur . Cæterũ inq̃ papa in possessionũ uel hu
iuscemodi negociis:hii potissimum assumendi sunt in testes qui eadem negocia tractauerunt:
de quorum uisu & auditu dubitatio esse non debet:hæc ibi. Secundo pro eadem informatio-
ne facit auctoritas beati hieronymi epistola.lxvi.ubi loquens de diuersis religiosis postea subiũ-
git dicens Quidam uero alicuius principia repetentes:a beato helya sumpserũt exordium: hæc
ille.Quæ quidem dicta de fratribus dicti ordinis debere intelligi : ex duobus congruentibus
ostendi potest primo ex loco:quia eundem locum scilicet in monte carmeli iuxta fontem ubi
constat helyam habitasse prædicti fratres ante persecutionem saracenorum conuentum habue
runt. Vnde in regula ipsorum per sedem apostolicam approbata:sic dicit . Albertus dei gratia
hierosolymitanus dictus patriarcha dilectis filiis brocardo & cæteris heremitis qui sub eius obe
dientia iuxta fontem in monte carmeli morãtur.&c.Secundo ex conformitate indumentorum.
Helyas enim ut legitur quarto regum secundo raptus in paradisum in curru igneo:helyzeo pal
lium suum cadere dimisit.In cuius descensu sicut dicit magister Ioannes de Venetia ipsum pal-
lium per plicas diuersas a corpore helyæ descendens:& per turbinem ignis transiens:infra plicas
& extra:colores uarios accepit. Vbi enim ignis ipsum pallium infra plicas nõ tetigit:in suo colo
re permansit.Extra uero plicas ad tactum ignis aliqualiter denigratum & subrufum apparuit.
Quo palleo postmodum usus est helyzeus in memoriam raptus helyæ : & etiam propter pallii
dignitatem:eo q ad ipsius tactum:aquas iordanis helyzeus diuisit. Vnde ad imitationem ipsi-
us cæteri filii prophetarum consimilem barraturam in suis palliis assumpserunt . Talibus uero
palliis barratis constat dictos fratres usos fuisse usq; ad tempora honorii papæ quarti:qui pro eo
q pallii barratura occulis habitantium in cismarinis partibus nimium displicuit:in capam albã
ipsum pallium permutauit:ut ex bullis eius ostendi poterit. Tertio pro eadem informatione fa-
ciũt testimonia historiographorum historias & facta antiqui temporis conscribentium . Vnde
iosephus ãtiochenus in speculo perfectæ miliciæ primitiuæ ecclesiæ dicit sic capitulo decimose
cundo:Perfectorum militum christi:apostolorum coadiutores surrexerũt strenuissimi uiri soli-
tarii contemplationiq; dediti:sanctorum prophetarum helyæ & helyzei sequaces:qui de mon-
te carmeli descendentes:per galileam samariam & palestinam fidem christi constantissime spar-
serunt. Quiq; in uirginis mariæ honorem in carmeli montis declino fabricantes oratorium sal
uatoris matri specialissime seruierunt.Item gilbertus historigraphus quem frequentur allegat
Vincẽtius in speculo historiali dicit sic.Cum carmelitæ in sancta pœnitentia perseuerassent a tẽ
pore sanctorum prophetarum helye & helyzei tandem abcesserunt tenebræ & lux uenit in mũ
dum & arbitrati sunt:quia misit deus filium suum natum de muliere testem ueritatis christum
prædicantem audierunt:qui religiose fidem catholicam confitentes in christo baptizati sunt.
Deinde perseuerantes in doctrina apostolorum habentes gratiam ad omnem plebem ueritatis
euangelicæ nuncii fideles & religionis christianæ legittimi defensores effecti sunt.Item Iacobus
de uictriaco qui fuit episcopus ciuitatis achon iuxta montem carmeli in historia hierosolymita
na libro primo capitulo uigesimosecundo dicit sic.Quidam uiri sæculo renunciantes ad imita-
tionem sancti uiri & solitarii helyæ prophetæ in parte montis carmeli quæ supereminet ciuita
ti porphiriæ iuxta fontem qui fons helyæ dicitur uitam solitariam agebant in aluearibus modi
carum cellularum tamq̃ apes domini spiritualem dulcedinem mellificantes:hæc ille:Quod au
tem ista uerba congruentur debeant intelligi de prædecessoribus dictorum fratrum : patet ex
hiis quæ in ipsorum regula continentur quia conuentus illorum erat in illo monte iuxta fon-
tem:& habebat cellulas separatas:& tãq̃ uiri solitarii silentium obseruabant . Item girardus epi-
scopus laodiciæ in libro de conuersatione uirorum dei in terra sancta ad Guillielmũ præsbyte-
rũ loquens de diuersis religiosis subiungit dicens. Aliud est genus religiosorum qui singillatim
habitabãt a sæculi rebus alieni. Hii sunt qui ad exemplum helyæ silentium solitudinis præfere
bant tumultibus ciuitatis:hæc ille.Quod autem oporteat hæc uerba intelligi de prædecessori
bus prædictorum fratrũ uidetur parere ex eorum regula:per quã obligantur ad silentium:& ad
singillatim habitandum per cellas separatas : & usq; ad regulæ mitigationem per innocentium
quartum obligabant ad habitandũ in solitudine remotæ a ciuitatibus præterq̃ i ciuitate hieru
salẽ.Itẽ:ad illud facit explanatio sacrorũ cõciliorũ:& etiã quædã cronica ãtiqua quã habet domi
nus rex franciæ tã in latino q̃ in gallico ubi sic dicitur. In concilio ephesino quod fuit celebra
tum per ducentos episcopos Anno dñi.cccc.xviii.præsidebat loco papæ celestini primi bea-

rus cirillus frater ordinis de carmelo.doctor egregius patriarcha alexandrinus : qui disputans
contra nestorium ponentem nirginem mariam obnoxiam peccato:& non esse matrem dei sed
puri hominis:conscripsit librum per quindecim capitula distinctum : in quo plnribns rationi-
bus ipsum nestorium confutauit:Diffiniens cum predicto concilio temerarium esse dicere bea
tam mariam aliqua peccati macula obnoxiam fuisse.Er quia ita audacter:& scientifice pro bea
ta uirgine contra nestorium disputauit:in eodem consilio sauxiatum fuit q̃ fratres sui ordinis
titulo dei genitricis mariæ merito debeant specialiter insigniri . Et qnia primus fundator illius
ordinis sanctus dei helyas fuit de tribu & stirpe de qua beata uirgo descendit : & etiam tertio:
quia primus conuentus quem prædicti fratres habuerunt in nouo testamento:fuit in porta an
rea ubi beata uirgo concepta fuit.Hæc ibi. Vbi secunda ratio intitulationis dicti ordinis expl-
se testatur helyam fuisse fundarorem.Item in quadam antiqua cronica quæ dicitur cronica ro
mana de tempore tyti & uespasiani imperatorum dicit sic. A tpe helyæ & helyzei propheta⁊ q
morabant ĩ mõte carmeli iuxta ciuitatẽ dñi nñi nazareth secretius solebãt hoĩes deuoti habitar̃
usq; ad tpa salnatoris.Qui tandem prædicantibus apostolis in fide cõfirmati:in uno latere ipsi
us montis primo ecclesiam in honore beatæ mariæ uirginis construxerunt.Item in eadem cro-
nica alibi sic habetur.fuit tempore prædicationis iesu christi q̃ heremitæ de monte carmeli hie
rusalem accesserunt:quorum quidem anno.xlvii a passione domini regnante romano imperio
sub tyto & uaspasiano apud hierusalem in porta aurea religiosæ consederunt.Alii uero tempo-
re beati petri apostoli atiochiæ cathedrati in circunquaq; adiacenti regione diuersis locis catho
licæ pro fide insistebant.Sed hic est unum dubium.Si prædictus otdo sit prima antiquus ut p̃-
fertur:quare ipsius ordinis fratres fratribns prædicatoribus & minoribus quos constat ĩfra du-
centos annos fuisse institntos ubiq; in temporibus cismarinis postponuntur tamq̃ iuniores. Re
spondetur q̃ prædicatores & minores tempore innocentii papæ tertii in cismarinis partibus ui
delicet in tholosa & assisio inceperunt : qui continuo per diuersa regna cismarina multiplicati
ac prædicationibus & doctrinis in hominum frequenria landabiliter insistentes statim post su
am fundationem habebantur uenerabiles & famosi.Fratres uero prædicti beatæ mariæ de mõ
te carmeli primo tempore innocentii quarti papæ propter persecutionem saracenorum in terra
sancta ubi ipsorum religio fundata fuerat ab antiquo:ad partes cismarinas se transferentes po-
tius extra ciuitates & frequennam hominum modo heremitico quo fecerant in terra sancta
quam infra ciuitates cum hominibus habitare elegerunt per tempora longiora.In cuius euidẽ
tiam prædicti fratres conuentus suos quos primo fundauerant in partibus cismarinis remote a
ciuitatibus & frequentia hominum construxerunt.Qui postea per tempora longiora doctrinis
& prædicationibus utilitati proximorum proficere cupientes: infra ciuitates & hominum fre
quentiam habitare inceperunt:& multorum locorum snorum quæ fundauerant remote a ciui
tatibus:translationem ad ciuitates a summis pontificibus impetrauerunt . Et ideo prædicato-
res & minores tãq̃ prius in hominum frequentia conuersantes & magis & prius uoti præponũ
tur dictis fratribus ordinis beatæ mariæ de monte carmeli.

Secundus articulus.

Q Vantum uero ad informationem secundi articuli qui est de intitulatione eiusdem
ordinis a beata maria dei genitrice primo faciunt documenta antiquorum patrum
eiusdem ordinis:qui suos successores informarunt q̃ heremitæ montis carmeli san-
ctorum prophetarum helyæ & helyzei sequaces post christi ascensionem in einsdem
montis decliuo in honorem beatæ mariæ genitricis dei oratorium construxerunt : & ipsam in
patronam specialem & aduocatam deuote elegerunt:ut patet rubrica prima antiquarum con-
stitutionum ordirus prædicti.Er reuera reuerende domine talis informatio antiquitus sufficie
bat:& rationabiliter deberet sufficere pris auribus de titulo aut fundatione ordinis cuiuscūq;:
& præsertim antiquæ institutionis:ut dictum est in alio articulo.Secũdo pro eadem ĩformatiõe
facit modns profitẽdi dictorũ fratrũ tpibus modernis.Ipsi enĩ scdm statuta ab antiquis pr̃ibus
suis eis prædicta faciunt professioné suam in hac forma.Ego frater.N.facio professionem me
am:& promitto obedientiam deo & beatæ mariæ de monte carmeli & cætera . Vnde assere-
re & docere q̃ beata uirgo maria non sit prædicti ordinis patrona:est præstare occasionem ipsis

fratribus a dicto ordine suam deuotionem retrahendi atq; dubitandi de obligatione suæ pfes sionis ad non modicum dispendium animarum suarum: Tertio pro eadem informatione faci unt testimõia: uidelicet iosephi átiocheni: & explanatiõis sacrog conciliog nec nõ illius cronicæ antiquæ q romana dr ut allegatú est declaratõe prioris articuli. Quarto pro eadé iformatione oia prædicta confirmando: faciunt priuilegia summog pontificú in qbus fratres pdicti fratres beatæ mariæ geoitricis dei de monte carmeli specialiter intitulantur. Vnde asserentes ex pro prio sensu ad inquietudinem prædictorum fratrum q ordo ipsorum beatæ mariæ dei genetri ci non sit intitulatus: tamq temerarii merito sunt arguendi. Sed hic est unum dubium. Si ordo prædictus a sanctis prophetis sumpserit exordium: quomodo dicitur habere beatam uirginem in specialem patronam: & quomodo titulo eiusdem uirginis dicitur intitulari. Respoodetur quantum ad primum: quia patrõus alicuius religionis dupliciter dicitur: uidelicet actiue & pas siue. Ille uero dicitur actiue patronus: qui religionem inchoat: ac fundat: qualiter beatus augu stinus & beatus dominicus & multi alii sancti dicuntur religionum patroni. Alio modo dicitur patronus passiue: & hoc tripliciter. Primo dicitur ille patronus in cuius honore specialiter fun datur: & sic trinitas dicitur patronus specialis ordinis fratrú de trinitate. Alio modo dicitur pa tronus passiue qoem religiosi uiri propter deuotioné aut aliam causam rationalem sibi in patro num eligunt: qualiter sanctus benedictus dicitur patronus monachorum: oõ quidem q ipse or dinem illorum fundauit: cum monachi ipsum præcessetunt per trecentos annos & ultra: sed qa monachi uidentes sanctitatem eius: ipsum in patronum elegeruntr: & regulam & modum uiuē di ab ipso habere uoluerunt. Tertio dicitur ille patronus passiue: in cuius honore monasteria fū dantur qualiter omnes ecclesiæ dicuntur habere patrooos. Istis reuera duobus ultimis modis dicitur beata uirgo maria patrooa specialis dicti ordinis: quoniam illi religiosi heremitæ i mō te carmeli commorantes: propter specialem deuotionem quam habuetunt ad beatam uirginē mariam ipsi sibi elegernnt in specialem patronam. Item ecclesiam seu oratorium in medio cellu latum in honorem eiusdem uirginis constituxerunt: & usq; in hodiernum diem omnes ecclesiæ prædictorum fratrum ubiq; & ubicunq; per ipsos fundatæ sunt in honorem beatæ mariæ ge nitricis dei constructæ sunt: & sic merito oõ obstante q a prædictis prophetis ordo peædictus sumpsit exordium: duplici tamen modo dicitur habere beatam mariam uirginem in specialem patronam. Quantum autem ad titulum est sciendum q aliqui religiosi intitulantur ab officio pro quo fundati sunt: sicut fratres prædicatores ab officio predicationis dicuntur prædicato res. Aliquando intitulantur a uirtute: quam præcipue sectari debent: sicut beatus franciscus ab humilitate uoluit fratres suos uocari minores. Aliquando uero intitulaotur a loco ubi ordo il lorum inchoatus fuit: qualiter cattusiensis & cistersienses uocari sunt. Aliquando intitulantur a patrono siue actiue siue passiue accepto: & sic ititulát mõachi sc̄ti bñdicti: & fratres de triota te. Similiter augustinenses: celestini & multi aliü religiosi. Istis autem duobus modis intitulatur ordo prædictus: scilicet beatæ mariæ uirginis Intitulatur ordo prædictus a beara uirgine ma ria táq a patrona: & a monte carmeli táq a loco unde traxit originem: ut sic totus titulus ipsius ordinis sit iste: Ordo beatæ mariæ de monte carmeli.

¶Tertius Articulus.

QVantum uero ad tertium articulum qui est de confirmatione dicti ordinis: in iu re comuni est primo concordanna doctotum: extra de religiosis domibus capitu lo religionum diuersitatem parafo. Cæterum: ubi sic dicitur. Cæterum uero heremitarum sancti augustini & carmelitarum ordines: quorum institutio di ctum concilium generale præcessit: in statu solido uoluimus permanere. Vbi cardinalis in di uidendo textum dicit sic. Hic papa heremitatum sancti augustini & carmelitarum ordi nes consolidat. Cui concordat archidiaconns in glosa dicens super eodem rextu. Hæc lit tera mutat antiquam ubi dicebatur in suo statu: & sic isti duo ordines sunt totaliter confir mati. Secundo pro eadem informatione facit mentio speciales facta de iure comuni. Secundū enim iura priuilegio alicuius spālis fit menrio pro eo de aliquo iure. Illud ius rei ualet pro quo inducitur. Sed dominus papa ioannes uigesimus secundus: & etiam clæmens sextus in priuile giis exemptionis eiusdem ordinis facientes mentionem de illo iure: extra de religiosis do mibus: parafo Cæterum: ubi dicunt sic. Sacer ordo uester in agro dominico diuina dispo

tione plantatus.& gloriosæ uirginis mariæ titulo specialiter insignitus:apostolicis gratiis digne meretur attolli:cuius professores mundanis a se relegatis illecebris cœlestium contemplationi uacantes insistunt iugiter profectibus animarum.Nos autem ad dictum ordinē quē in statu firmo solido & stabili decreuimus & uolumus permanere : apostolicæ considerationis intuitum dirigentes:ad ea libenter intendimus per quæ professores iam dicti : nullum internæ pacis patiantur excidium:nullūq; status religionis perferant detrimentum sed eo deuotius diuino cultui ac saluti animaꝝ īsistāt operibus: quo quietior status fuerit eorundem ipsiq; ampliori fuerint libertate dotati . Tertio pro eadē informatione facit īterṕtatio cōdētis legē seu decretalē illā extra de religiosis domibus.Religionū diuersitatem:Fratres enim Augustinēses supplicauerunt domino Bonifacio qui sextum librū edidit super intētione sua illius uerbi solido uel solito:qđ intētionē suā declarās in quodā priuilegio scripsit eis dicens.Ad sacrum ordinē uestrum specialem deuotionē gerētes:quē olim uoluimos & oolumos in solido & firmo & stabili statu permaneř: & cætera.Sed ille textus quē dictus dominus papa sic īterpretať:equaliter respicit ordines heremitaꝝ sctī augustini & carmelitaꝝ.Ergo ex illo textu uterq; illoꝝ ordinō uere cōfirmať.Istā īformationē dignetť uestra reuerenda paternitas benigno fauore suscipe: & talē super eo dn̄o nr̄o facere relationē:q̄ dictus ordo in ṕsenti negocio sentiat assistētiam efficacis ṕsidii uestræ dn̄atiōis:qoatenus,p uestræ reuerēdissime paternitatis statu uenerabili obligetur idē ordo temporibus perpetuis:præces deuotius fundere altissimo & uirgini gloriosæ.

¶Explicit opusculū sup tribus articulis scilicet successione uel imitatione: intitulatione & confirmatione ordinis beatæ mariæ genitricis dei de mōte carmeli quē cōposuit magister Generalis eiusdem ordinis ad summū pontificē.

¶Hic incipit cōpendiō historiaꝝ & iuriū pro defensione institutionis & confirmationis ordinis beate mariæ de motite carmeli Capitulum secūdom

¶Quod secundum ,pphetas fratres carmeli specialiter originē habuerunt pro ueneratione beatæ mariæ patet capitulum primum.

IN primis attende q̄ beata maria per carmelū decoratur & cōmendať.Cum enim isayas de xp̄i incarnatōe ,pphetaret:,pmisit q̄ sola uirgo ipsum foret paritura : pariterq; decorē carmeli possessura. Vnde de uirgine dř isayæ.xxxv. Solitudo florebit sicut lilium.Sequitur.Datus est ei decor carmeli. Sic de ea glosa hæc exponit. Canticorum primo:& Bernardus in sermone Loquamur dicens.Datus est ei decor carmeli : dū uirtute altissimi est o bombrata:& sine corruprione fecundata.Per carmelū cōmendať. Salomō enim commēdans pulcherrimā mulierū per carmelum:ait canticoꝝ.v.&.vi. Q̄ m̄ pulcra es & q̄ decora charissima:caput tuum ut carmelus canticoꝝ.vii . Sed & hæc de beata maria canit ecclesia . Et quia per carmelū honorať & cōmēdať:dignū est q̄ in carmelo ei dato carmelitas habeat eā specialiter uenerantes:& sic habuit ab antiquo:nam prophetiæ per facta aperiunť. Sed & saul ī carmelo beatæ mariæ dato:formicem soum triumphalem: idest signum uictoriæ erexit primo regum xv.Helyas ibi sacrificauit.Tertio regū.xviii.Et achab per hoc : experimento ibi didicit q̄s esses deus.Helyzeus ibi sedem suam collocauit.iiii.regū quarto. Ecce quod prophetas & reges habuit carmelitas:& eoꝝ factis dn̄am loci beatam mariam uenerantes.Pro ueneratione quoq; beatæ mariæ in eius carmelo continuanda: orta est fratrū de carmelo religio. Venerario enim quæ fit in locis sanctorum:ipsis sanctis sub deo attribuiť:ut de ueneratione dedicationis:de cōsecra.di.iii.capitulo.Pronunciandum. Sed licet omnes saluandi tempore prophetarum filium beatæ mariæ uenturum uenerati sunt secūdum Augustinum in epistola.xxix ad deo gratias:fratres tamen de carmelo tempore helyæ & helyzei uenturum uenerantes: in carmelo beatæ mariæ relgionem suam inceperunt:ut habetur in historia de antiqnitate ordinis . Ad eius igitur uenerationem : originem habuerunt : & antiquis patribus ordinis de ortu eiusdem tempore prophetarum credendum est. Nam in negocis ecclesiarum illi potissimum in testes assumendi sunt:qui eadem negocia tractauerunt decimaquarta questione prima.Soper prudentiam. Et huic antiq; eius uenerationi in carmelo consonāt prophetæ . Generalis planctus prophetarum est. Si carmelus fit desertus habitatoribus aut si eius honor ab eo auferatur. Ieremyæ secundo

&.iiii.Isayæ.xvi.Annos primo Michee.vii.& Naum primo. Ergo ĩ spũ dei generaliter optant ꝓphetæ ꝙ post helyã & helyzeũ beata maria a carmelitis sp in carmelo sibi dato honoreť:qd uerum est ratione tituli licet recedere cogerentur. Sicut patriarcha hierosolymitanus in ecclesia hierosolymitana semper sedem suam tenere censeť:licet cõpulsus alibi morã trahebat.

¶Capitulum secundũ:ꝙ helyas & helyzeus dici carmelitæ beatæ mariæ meruerunt.

IN carmelo beatæ mariæ dato:prophetæ helyas & helyzeus patres nostri ĩhabitabãt iii.Regũ.xviii.quarto regum primo:&.iiii.Et bñ.Isti enĩ ꝓphetæ filium beatæ mariæ præfigurabãt.Christus filius mariæ suscitauit filiũ uiduæ:luce.vii. Sic helyas.iii.regũ xvii.Christus ieiunauit.xl.diebus &.xl.noctibus.Mathei.iiii.Sic helyas.iii.regum.xix Xp̃s uiuus ascendit in cœlũ. Actuũ primo.Et helyas raptus est in paradisũ.iiii.regũ.ii.xp̃s ĩpugnauit diabolũ scripturis.Mathei.iiii.Sic helyas antechristum apocalipsis.xi.Xp̃s meruit conuersionem omnium ad deum.Ioannis xxix. Sic helyas infine uniuersos conuerter ad xp̃m.Malachiæ iiii.Alia eius multa miracula habentur.iii.regũ.xvii.xviii.xix.& xxi.capitulis.Xp̃s baptismo sanctificauit aquas.Mathei.iii.Helyzeus sale aquas pessimas & mortiferas sanauit. iiii.regu.ii. Xp̃s panes multiplicauit Ioãnis.vii.Helyzeus de modico oleo oĩa uasa usq̃ deficerent ĩpleuit.iiii. regũ.iiii.Xp̃s in uita & post morté mortuos suscitauit.Ioãnis.xi.& Mathei.xxvi. Sic helyzeus.iiii. reg.iiii.& xiii.Alia eius multa miracula hñtur.iiii.reg.ii.iii.iiii.v.vi.viii.xix.Quia igiť isti ꝓphetæ ĩ carmelo uenerationi beatæ mariæ intitulato hitabanť:recte carmelitæ beatæ mariæ intitulandi erant.Ex loco enim & sancto cui locus intitulatus est:religiosi intitulantur: sicut hospitalarii ab hospitali sancti ioannis:de priuileg. capitulo Tuaꝝ.

¶Capitulum tertiũ.Recte rõni pontifices hñt titulũ fratres ordinis beatæ mariæ de mõte carmeli in suis bullis expresserunt.

IN hoc carmelo ad imitationẽ carmelitaꝝ beatæ mariæ helyæ & helyzei successerũt fratres de carmelo iuxta fontẽ helyæ ĩ cellulis paruis cõtẽplationi uacãtes: ut patet ĩ historia hierosolymitana.ca.lii.& ĩ speculo historiali lib.xxxi.Et ex hoc ĩtitulanť Ordinis beatæ mariæ de mõte carmeli.Ex loco enĩ & sctõ quo ꝑdecessores ĩ religione fuerũt intulati:ĩtitulanť successores:de uerboꝝ signifitõibus. Abbate. Post ĩcarnationẽ quoq̃ oratoriũ ĩ carmelo sub titulo btẽ mariæ erexerũt:pp hoc ab ea recte sunt intitulati. Ex ecclesia eni cuius sunt ministri:ĩtitulanť religiosi:ut a tẽplo tẽplarii:de priuilegiis.ca.Petistis: Regulã isuper hñt imitãtes uitã btẽ mariæ:ut patere põt ĩtelligenti eius uitã euãgelicã: & regulã bullis sex romanoꝝ põtificũ munitã.Et a regula a sctõ sumpta:ĩtitulanť religiosi:sicut monachi scti bñdicti.xviii.q.ii.ca.Pernitiosam.Et dñs papa ĩ priuilegio exemptõis ait.Sacer ordo uester gloriosæ uirginis mariæ titulo specialiter insignitus:apostolicis gratiis digne meretur attolli.

¶Capitulũ quartũ.Recte romã pontifices & iura canonica regulã ordinis & institutionem ab antiquo:approbate decreuerunt.

30. cap. 123 ORdo carmelitaꝝ ab antiquo:institutionem & regulã habuit a hierosolymitano pꝛiarcha:ĩ speculo historiali.lib.xxxi.ca.xxxiiii.Et hoc ualuit a iure cũ nõ exstint reseruatũ.Et hæc ĩstitutio ꝓcessit lateranẽse cõciliũ.vi.de religiosis domibus.ca.prĩo. Et in eodẽ cõcilio hæc religio & regula fuerũt approbatæ sicut et oẽs religiones & regule lateranense conciliũ præcedẽtes:de cõstitutionibus.ca.xi.& ultĩo.Vbi tñ inuentio nouaꝝ regulaꝝ & religionũ fuit ĩterdicta.De religiosis domibus cap.ultimo.Postmodũ in cõcilio lugdunẽsi fuit ordo in suo statu reseruatus:cũ clausula Donec.Sed infra breue editus fuit sextus liber decretalium ĩ quo dñs papa se referẽs ad ãtiq̃ eius ĩstitutõem:a iure clausulam Donec:resecauit & ordinẽ iteratu solidauit:dicẽs.Carmelitaꝝ ordinẽ cuius ĩstitutio lateranẽse cõciliũ ꝓcessit:in solido statu uolumus ꝑmanere.In.vi.de religiosis domibus capitulo Religionum diuersitatẽ. Sic ponderant omnes tres gloriosæ. Cardinalis dicit. Hic papa istum ordinem consolidat. G. dicit hic.Ordo iste est totaliter confirmatus Ad idem ioannes Andree.Et in priuilegio exemptionis papa dicit.Ordinẽ uestrũ titulo beatæ mariæ insignitum:in statu firmo solido & stabili

uolumus permanere. Cum dicitur uolumus: perpetuæ sententiæ habet firmitatem. De uerborũ significatione: capitulo in hiis. Et idem papa qui sanctos ordines prædicatorum & minorũ instituit: regulã carmelitarũ ab antiquo traditam confirmauit: & successor eius: ut habetur in bullis apostolicis: & ĩ speculo historiali libro. xxxiiii. capitulo. xxiiii. Ordines & regulæ approbatæ a papa in iure pro approbatis habentur. De excessibus prælatorum capitulo Nimis primo & secundo & de electionibus: capitulo significasti.

¶ Explicit compendium historiarũ & iurium pro defensione institutionis & confirmationis ordinis beatæ Mariæ de monte carmeli.

¶ Capitulũ qualiter respõdendũ sit quærentibus quomodo & quãdo ordo noster sumpsit exordiũ: & quare dicimur Fratres ordinis beatæ mariæ de mõte carmeli: cũ multis aliis.

CVm quidã fratres uestri ordinis iuniores querẽtibus a quo ordo noster sumpsit exordium: uel quare dicimur fratres ordinis beatæ Mariæ de mõte carmeli nesciant satisfacere cõpetẽter: hinc est q pro eis in scriptis formam talibus relinquẽtes uolumus respondere. De huius autẽ ueritate testimõium perhibẽtes dicimus q a tẽpore helyæ prophetæ & helysei eius discipuli montẽ carmeli qui nõ multũ distat ab achon deuote inhabitãtiũ multi sancti patres tam ueteris q̃ noui testamẽti solitudinẽ eiusdẽ mõtis inhabitãtes: per cõtẽplationẽ cœlestiũ ueri amatores ibidem iuxta fontẽ helyæ in mõte carmeli: in sancta pœnitẽtia sanctis successibus cõtinuatis sunt proculdubio laudabiliter cõuersati. Quorũ successores post incarnationẽ domini nostri iesu christi ibidẽ oratoriũ in honore beatissimæ uirginibus mariæ matris dei cõstruxerũt: & ipsius titulũ elegerũt: & ob hoc Fratres ordinis beatæ Mariæ uirginis de mõte carmeli deinceps per apostolica priuilegia sunt uocati. Quos Albertus hierosolymitanæ ecclesiæ patriarcha ac sedis apostolicæ legatus: in unũ collegiũ cõgregauit: scribens eis certã regulã ante conciliũ lateranẽse: postea a pluribus summis põtificibus approbatã: & tam ipsam regulã q̃ dictum ordinẽ & titulũ: sub bullarũ suarũ testimonio approbãtes: deuotissime cõfirmauerũt. In cuius regulæ & ordinis professione nos eorũ sequaces usq; in hodiernũ diem auxiliante uirgine benedicta: ĩ diuersis mũdi ptibus dño famulamur: Cui ẽ honor & gloria in sæcula sæculorũ. Amen.

¶ De sancto helya propheta quo tempore incepit ordinẽ carmelitarum.

ANnu igitur ante incarnationẽ dñi nostri iesu christi circiter. dcccc. xliiii. ut cronographi tradũt: cœpit Achab regnare in israel. In diebus uero huius achab regis israel & in regno eius: fuit quidã ppheta magnus de tribu aaron: cui nomẽ erat helyas: ex patre uocato sabacha: ortus in ciuitate thesba quæ est in regione galaad: ex qua thesba helyas thesbites dictus est. Hic propheta dei helyas ordinis carmelitarum princeps primus exstitit: a quo sancta eorũ primeua institutio exordiũ sumpsit. Ipse enim obtẽtu cõtẽplatiõis diuinæ & desiderio sublimioris profectus: longe ab urbe recedẽs: & seipsum cũctis terrenis ac mũdanis exuẽs religiosam & pphetalẽ uitã heremiticã primus hominũ a proposito ducere cœpit: quã sancto dictante & mandãte spiritu inchoauit & istituit in mõte carmeli. Qui quidẽ mons est in terra sancta & cõfinio palestinæ puinciæ & phenicis: situs iuxta mare distans a ciuitate nazaret tribus miliaribus: & a ciuitate tholomaida quæ modo uocat accon. iiii. miliaribus: & a ciuitate sancta hierusalẽ: triginta duabus leucis: habens prope se ciuitatẽ quãdã quæ olim porphiria dicebat: nunc autẽ cayphas appellat. Hic uero propheta dei helyas attraxit sibi q̃ plures discipulos. Inter quos primus ordine tẽporis uocatus fuit sanctus Ionas propheta de regione geth quæ est in offir. filius illius mulieris uiduæ: cui ligna: colligẽti in sarepta sydoniorũ helyas obuiauit: & cuius domo latuit & eũ a mortuis suscitauit: dũ rex achab per oẽs gentes & regna eũ ad mortẽ perquiri fecit. Sanctus helyzeus uero propheta fuit & supprenius helyæ discipulus: ex patre uocato saphat de urbe quæ uocarut abel manla: sita in regiõe zelmau. Et sic in libro regnorũ legitur: dum de speluca montis oreb reuerteret helyas in terrã israel: inueniẽs hunc helyzeũ arantẽ in agro: misit super eum palliũ suũ: & ita elegit eũ in discipulũ: qui post ipositionẽ pallii par boum mactans: cõuiuiũ parentibus suis & amicis fecit. Et inde relictis patre ac matre & terrenis omnibus: helyã sequens & ei ministeris: monasticam & prophetalem uitam imitatus est. Micheas quoq; ppheta ex patre

uocato hyépsa fuit helyæ discipulus. Sed iste nõ ẽ ille micheas morastites: q téporibus ioathan: achaz: & ezechiæ regũ iuda ꝓfetauit: & ĩ numero duodecĩ ꝓphetaꝝ ponit᷑. Quoniã iste micheas helyæ discipulus lõge antea ꝓphetauit. s. ĩ diebus achab: ocosiæ: & iorã regũ israel: q adhesit helyæ: cũ helyas de speluca mõtis oreb fuisset iussu dei reuersus ad terrã israel. Alter uero ꝓpheta discipulus helyæ fuit beatus abdias de terra syché: ortus ĩ agro bethatarã: q ut ĩ libro regnorũ legitur timuit ab infancia sua ualde dominũ. Et prius quidẽ abdias dispensator regis achab existens cum regina iezabel interficeret prophetas domini: tulit ipse sicut prædiximus centũ ex illis prophetis helyæ discipulis. Quos durante illa persecutione quinquagenos in spelũcis abscõdens: pane & aqua pauit. Deinde mortuo achab rege cũ filius eius ochozias rex principes duos quinquagenarios ad helyam misisset: qui orante helya: fuerunt cũ suis ab igne de coelo descendente cõbusti. Rursus misit rex abdiam cũ quinquaginta uiris: qui in mõte carmeli corã helya genua flectẽs pro anima sua & pro aĩabus suorũ quinquaginta helyã humiliter exorauit. Porro helyas cernens abdie humilitatẽ: & recolẽs ꝙ cẽtũ suis discipulis uitã testaurauerat uicissitudinẽ ei repẽdit: quoniam sibi & suis quinquaginta uitã clemẽter seruauit. Hanc igitur gratiã ab helya optentã abdias recognoscens: relicto obsequio regis ochoziæ factus fuit discipulus helyæ: dimissis filiis propriis in domo cum sua uxore.

¶ Quo tempore sanctus helyzeus suscepit magisterium super filios prophetarum.

¶ Anno. xviii. regni iosaphat regis hyerusalẽ quarte uero ætatis. clx. & ab origine mũdi secundũ translationẽ hyeronimiter. M. cc. lxxxiiii. sancto patre helya prophera primo institutore ordinis beatæ Mariæ de monte carmeli: in cœlum per currũ igneũ uitio rapto: sanctus helyzeus eiusdẽ helyæ discipulus: filiorum prophetarum habitantium in carmelo: galgalis: bethel & iericho magisterium suscepit.

¶ De baptismo prædictorum fratrum.

¶ Anno siquidẽ. xv. imperii tyberii cæsaris factum fuit uerbũ domini super ioannẽ habitantem in deserto apud fluenta iordanis: ubi prædicti religiosi filii prophetaꝝ manebãt. Et uenit in omnem regionẽ iordanis prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionẽ peccatorũ. Tunc sicut testantur euangelistæ exibat ad eum hierosolyma & omnis iudæa & omnis regio circa iordanẽ: & baptizabantur ab eo in iordane: confitentes peccata sua. Propter quod religiosi filii prophetarũ montis carmeli: & alii prope fluenta iordanis: & in cæteris heremis terræ promissionis habitãtes fuerunt tunc a sancto ioanne duce eoꝝ sicut & cæteri de populo baptizati.

¶ Quod primus cõuentus in noua lege fuit apud hyerusalem.

¶ Fuit tempore prædicationis christi ꝙ fratres de monte carmeli in hyerusalẽ accesserunt. Et quidam illorũ anno. vii. a passione domini regnante romano imperio usq; ad tẽpus tyti & uespasiãi ĩpatorũ apud hyerusalẽ in porta aurea religiose consederũt. Et tẽpore beati petri apostoli antiochiæ catedrati: ipsi ĩ circunquaq; regiõe adiacẽte: diuersis locis catholicæ ꝓ fide ĩsistebant.

¶ Quo tempore prædicti fratres edificauerunt capellam in monte carmeli in honore gloriosæ uirginis Mariæ.

ANno ĩcarnatiõis christi. lxxxiii. Fratres carmelitæ diruẽtes eoꝝ sennion antiquũ: edificauerunt primæ uirgini deo dicatæ. s. beatæ mariæ genitricis dei capellã quandam in monte carmeli iuxta fontem helyæ in situ illo in quo helyas orans uiderat nubeculã quasi uestigium hominis de mari ascendẽtem in carmelum: ubi professores prædicti seipsos huic uirgini commendantes: singulis diebus in septem horis canonicis ad effundendum dictæ uirgini & eius filio sedulas præces & supplicationes atq; laudes etiã tunc semper conuenerunt. Et propterea cæteri & ab eorum religione externi eos deinceps fratres beatæ mariæ de mõte carmeli semper appellauerunt.

¶ De sancto ioanne episcopo hierosolymitano qui in unum uolumen collegit institutionem ordinis nostri.

VNno domini. cccexii. Fuit autem tempore Archadii & honorii imperatorum in monte carmeli pater dictorum religiosorum quidam uir miræ uirtutis & perfectionis Ioannes nomine: qui cæteros censores suos eiusdem montis monachos exemplo suo & magisterio solicite inducebat ad perfectionem adquirendam sed propheticam disci

plinam uitæ monasticæ per helyam prophetam institutæ. Quam disciplinam ioannes eis exponebat ex diuersis dictis tam ueteris q̄ nouæ legis: & ex nonnullis tractatibus editis a prædecessoribus suis. Qui tandem propter eius sanctitatem: in pontificem hierosolymitanæ ecclesiæ sublimatus: apostolo Iacobo in episcopatu eiusdem ecclesiæ. xliiii. successit. Hunc Ioannem carissimus eius discipulus Caprasius nomine: eiusdem montis & religionis monachus suppliciter flagitauit ut quæ de institutione huius religionis & primis eius fundatoribus: & de perfectione ad exemplum eorũ adquirenda frequenter disseruerat: dignaretur sibi & suis consortibus breuiter redigere in unum uolumen in quo omnia per ordinem intuerentur: ne oporteret eos librorum numerositatem euoluere. Ioannes ergo cernens q̄ propter occupationem suscepti officii non posset ulterius iugem in monte carmeli residentiã trahere quod caprasius ab eo flagitauerat: opere compleuit. Scripsit enim eloquio & litteris græcis in quodam libro primariã uestræ religionis institutionẽ: & fundatorum eius dignitatẽ: atq; priscorum ꝓfessorũ gesta sancta & gloriosas uirtutes: exterioremq; habitus ornatum. Propterea prædictus Ioannes breui & lucido eloquio ordinate descripsit: ut successores dictorũ patrum in illo libro tamq̃ in nitido speculo institutionẽ suam intuentes: eam obseruare propencius conarentur: & sanctam uitã ac uirtuosos mores dictorũ patrum ex totis præcordiis imitarentur. Quẽ librũ ipse ioannes sodalibus suis religiosis heremitis montis carmeli legendum & obseruandum tradidit: tempore honorii imperatoris Anno domini. ccccxii. Et extunc professores nostræ religionis satagerũt ad perfectionẽ & finẽ uitæ solitariæ tẽdere secũdũ formã institutiõis ꝓphetæ helyæ per dictũ ioannẽ in præfato libro descriptæ.

¶Quo tẽpore beatus Cirillus carmelita disputauit cõtra Nestoriũ hereticum.

ANno domini. ccccxviii. præsidebat loco papæ celestini primi beatus Cirillus Frater ordinis de carmelo: doctor egregius: patriarcha alexandrinus: in consilio ephesino quod fuit celebratum per ducentos episcopos anno quo supra. Qui quidẽ beatus Cirillus disputans contra nestoriũ: ponentẽ beatam uirginẽ Mariã obnoxiã peccato: & non esse matrẽ dei sed puri hominis: conscripsit librũ per quindecim capitula distinctũ: in quo pluribus rationibus ipsum nestoriũ confutauit: diffiniens eum prædicto concilio temerariũ esse dicere beatã mariã aliqua peccati macula obnoxiã fuisse. Et quia ita audacter & scientifice ꝓ beata uirgine contra nestoriũ disputauit: in eodẽ cõsilio sanxiatũ fuit q̄ fratres sui ordinis titulo dei genitricis mariæ merito debeant specialiter insigniri. Et quia primus fundator illius ordinis sanctus dei helyas fuit de tribu & stirpe de qua beata uirgo descendit: & etiã: quia primus cõuẽtus quẽ ꝑdicti fratres habuerũt ĩ nouo testamento fuit in porta aurea ubi btã uirgo cõcepta fuit.

¶De institutione primi prioris in monte carmeli per dominum Aymericum patriarcham Antiochenum.

ANno domini. M. centesimo. xxi. Erat quidã patriarcha antiochenus: & in terra sancta apostolicæ sedis legatus: uir quidã amabilis deo & hominibus nomine Aymericus malosayda natione lemonicẽ. de uilla appellata salamiacũ. Qui prædictorũ antecessorum nostrorũ heremitarũ fratrũ beatæ mariæ de monte carmeli laudabilẽ cõuersationem attẽdẽs: eos multũ specialiter suo tempore in domino enutriuit. Intelligens autẽ prædictus patriarcha quosdã eorũ qui ex occidente superuenerãt spretis seniorũ monitis non recte ambulare ad ueritatẽ religiosæ uitæ heremiticæ in prædicto ioannis libro descriptæ: & perpendens hoc ideo maxime contingere: quia græcas litteras ignorantes: nesciebãt codicem illum legere: fecit librum illũ de græco in latinũ transferri. Et ut illorũ improborũ coherceret audacia: tutaq; inter eos esset seniorum heremitarũ huius montis innocentia: ipsos omnes per obedientiæ uinculũ colligauit. Statuit enim q̄ ex ipsis unus qui diceretur prior deinceps eis ita præesset: ut quilibet alio rum obedientiam ei deuoueret; sub cura cuius & regimine omnes uiuerent. Quibus antea licet unus præesset: quoniã abba lingua syria & patrẽ latina appellabant: sub regimine etiam tunc temporis manebant: & cui etiã sponte obediebãt: nunq̃ tamen ad obediendũ alicui se uoto prius obligauerant donec prædictus patriarcha Aymericus eos ad hoc primum astrinxit. Inter quos ipse fratrem suum habuit. s. fratrem bertoldũ uirũ religiosum: sanctum: & famosum: quẽ de unanimi omnium assensu Anno domini. M. cxxi. in primum priorẽ eis instituit; & cui curam animarum

cæterorum iniunxit:Quibus & monaſterium in hoc monte carmeli ad honorem beatæ marga-ritæ edificari faciebat:infra quod eos includere intendebat:ſed priuſq̃ monaſterium hoc conſu-maſſet ſuſtulit eum de mundo deus.

¶ Quo tempore Albertus patriarcha hieroſolymitanus compoſuit regulam & tradidit eam fratribus ueſtris obſeruandam.

ANno domini.M.cxcix. Albertus patriarcha hieroſolymitanus:& in terra ſancta apo-ſtolicæ ſedis legatus:ad petitiõem fratrum de carmelo ſcripſit eis regulam. per decem articulos diſtinctã:uidelicet.Primo de Priore inſtituendo Secundo de locis. Tertio de horis dicẽdis.Quarto de abdicatione proprietatis Quinto de oratorio. Sexto de capitulo celebrãdo.Septimo de obſeruatiõe ieiunii.Octauo de ſpiritualibus armis.Nono de ope-re faciendo.Decimo de ſilencio. Quibus etiam poſtmodũ eodem anno in hoc monte carmeli iuxta fontẽ helyæ edificari fecit monaſterium:infra cuius ſcepta includi ac renouari iuſſit capel-lam:quam ad honorẽ beatæ dei genetricis Mariæ prædeceſſores eorum poſt aſcenſionẽ chriſti conſtruxerant.Et eos omnes in antris atq; cellulis diſtantes per hunc montẽ carmeli habitantes ipſe dominus Albertus ſimul congregauit:& in dicto monaſterio ſub obſeruantia religioſæ uitæ ſolitariæ per helyam prophetam inſtitutæ: eos incluſit:ut ibidẽ cõuerſarentur ſecundũ regulam eis per ipſum nouiter ſcriptam.Iſte albertus qui regulã ordinis carmelitaꝝ cõpoſuit: intrõizatus fuit Anno domini.M.ccxiii.ita intronizatio ſua præceſſit conſiliũ lateranenſe:quod celebratum fuit a papa Innocentio tertio anno domini.M.ccxv.menſe nouembris:põtificatus illius Innocẽtii anno.xviii.ſicut habetur in cronicis:& allegatur in gloſa: archidiaconi:extra de religioſis do-mibus:religionũ diuerſitatẽ:libro.vi.in principio. Ante quod conſiliũ per annũ & dimidiũ ipſe albertus moriebatᷣ:occiſus a ſaracenis in hyeruſalẽ: in una ſolemni proceſſione de ſancta cruce. Ex quo ſatis patet ꝙ regolam & inſtitutiõem habuit ordo noſter ante illud cõſiliũ prout aſſerit textus illius capituli Religionũ diuerſitatẽ.Cæterũ quoniã ille albertus regulam iſtam ante mortẽ ſuã cõpoſuit:ut ſatis innuit innocentius quartus in bulla regulæ.

¶ De approbatione regulæ per honorium papam tertium:

¶ Anno domini.M.ccxxv.Honorius papa tertius Tertio kalendas Februarii: decimo anno ſui Pontificatus:hanc regulam alberti approbauit.& fratribus in remiſſionem peccatorum iniunxit ut illi obſeruarent.

¶ Confirmatio regulæ per dominum papam Gregorium nonum.

¶ Anno domini.M.ccxxx.Gregorius papa nonus viii.idus aprilis:tertio anno ſui pontificatus: dictam regulam tanq̃ a ſede apoſtolica approbatam:confirmauit.

¶ Confirmatio regulæ per innocentium quartum.

¶ Anno dñi.M.ccxlv.Innocẽtius papa quartus.vi.idus Iunii:ſcḋo anno ſui põtificatus dictã regulam cõfirmauit:ſub eadẽ uerboꝝ forma qua gregorius nonus eam confirmauerat:

¶ Quo tẽpe regula fuit declarata correcta & mitigata ꝑ hugonẽ & dñm gulielmũ cõmiſſarios.

CVm itaq; profeſſores huius religionis regulam uiuendi a domino Alberto patriarcha hieroſolymitano accepiſſent:conſequens & diuturna experiẽtia eos docuit quædam in dicta regula ſtatuta eſſe ita dubia:ꝙ oportebat ea declarari ſeu corrigi: quædam uero eſſe ita grauia:ꝙ expediebat illa mitigari.Iccirco duos prouidos ex fratribus ſuis.ſ. Reginaldũ & Pertũ pro prædictis ſtatutis declarãdis corrigendis & mitigãdis ad ſedem apoſtolicam miſerunt.Qui domino innocentio papæ quarto humiliter ſupplicauerũt ut dictæ regulæ dubia declarare ac corrigere:& grauia eius mitigare miſericorditer dignaretur.Dictus autẽ Innocentius quartus eorum deuotis ſupplicationibus annuens.hanc declarationem:correctionem ac mitigationem uitæ eius faciendam commiſit fratri Hugoni tituli ſanctæ ſabinæ præſbytero cardinali & fratri Gulielmo epiſcopo anteradenſi. Et iſti duo domini in ſacra theologia magiſtri prædictam regulam Anno domini.M.ccxlviii.auctoritate apoſtolica declarauerunt: correxerunt & mitigauerunt.

¶ Innocentius quartus cõfirmauit declarationẽ correctionẽ & mitigationẽ regulæ.

¶ Anno uero domini.M.ccxlviii.Innocentius papa quartus die prima menſis octobris: quinto

anno sui pontificatus prædictæ regulæ declarationem:correctionem & mitigationem sub bulla confirmauit:& ceperũt iidem fratres primo uillas & ciuitates inhabitare.
¶Confirmatio declarationis correctiõis & mitigationis regulæ per alexãdrum quartum.
¶Anno dñi.M.cclii. Alexãder papa quartus die tertia mẽsis februarii:secũdo anno sui põtificatus eiusdem regulæ declaratioñe:correctioñe:& mitigationẽ fratribus confirmauit.
¶Confirmauit regulæ per urbanum quartum.
¶Ano domini.M.cclxii. Vrbanus papa quartus die secunda mẽsis maii:primo anno sui pontificatus eiusdẽ regulæ declarationem:correctionem:& mitigationem fratribus confirmauit sub eadem uerbotum forma qua Alexander papa eam confirmauerat.
¶Confirmario regulæ per papam Nicholaum quartum.
¶Anno domini.M.cclxxxix. Nicholaus papa quartus die prima mensis iulii:secũdo anno sui põtificatus:eodẽ pœnitus modo dictam regulam confirmauit.
¶Confirmatio regulæ per dominũ Bonifacium octauum.
¶Anno domini.M.ccxcvi. Bonifacius papa octauus die prima mensis iulii:secũdo anno sui pontificatus sub eadem omnino forma uerborum etiã confirmauit.

¶De imitatione habitus sine capæ tempore Honorii quarti.

ANno domini.M.cclxxviii. Gregorius papa dicimus nuper in generali cõsilio per eum lugduni celebrato statuendo inhibuit:ne quis de cætero nouũ ordinẽ aut religionem inueniat:uel habitum nouæ religionis assumat. Ideo ne contra istud statutum fratres huius religionis agere uiderentur: procurante Fratre Petro de Amiliano priore tunc generali eiusdem ordinis Honorio papæ quarto fuit supplicatum per dominum Geruasium titu li sancti martini in montibus præsbyterum cardinalem:ut huius pallii siue mantelli gestationẽ in alium decentem habitum edificantẽ animas fideliũ cõmutaret. Quã supplicationẽ idẽ pontifex anno.x primo sui pontificatus:uidelicet Anno domini.M.cclxxxv. una uoce cõcessit.
¶Quo anno fratres dimiserũt palliũ barratũ & assumpserũt capã albam.
¶Anno domini.M.cclxxxvii. Fratres carmelitæ in capitulo eoꝝ generali in mõte pessulano In festo sanctæ mariæ magdalẽæ celebrato:palliũ barratũ dimiserũt:& ex auctoritate dicti summi pontificis honorii quarti & sedis apostolicæ:pallium album assumpserunt. Cui pallio capucium prædicti fratres addentes:capam uocauerunt.
¶Nicholaus papa quartus assumptionem capæ albæ confirmauit.
¶Anno dñi.M.cclxxxviii. Nicholaus papa quartus:primo anno sui pontificatus: hoꝝ palliorũ barratoꝝ depositioñe:& capaꝝ albaꝝ assumptioñe:sub bulla confirmauit.
¶Bonifacius octauus & cõfirmauit assumptionem capæ albæ.
¶Anno dñi.M.ccxcv. Bõifacius papa octauus. Pridie kalẽdas aprilis:anno prĩo sui pontificatus hoꝝ pallioꝝ barratoꝝ depositioñe & capaꝝ albaꝝ assũptioñe:sub bulla frĩbus uris cõfirmauit.
¶De aduẽtu fratrũ a terra sancta usq; ad partes occidentales.
¶Anno dñi.M.ccxxxviii. Propter paganoꝝ ĩsultus quos fratres carmeli sustinuerũt in terra sancta:conati sunt terrã illã deserere & ad alias ꝓuincias se trãsferre. Ideo aliqui ex ꝑdictis fratribus natione cipri:petita licẽtia a priore mõtis carmeli ad insulã cipri transfretauerunt. Alii uero natione:ciculi ad insulam ciciliæ nauigauerunt. Quidam uero natione prouinciales: apud massiliã ciuitatem proninriæ applicuerunt.

¶Quo anno uenerunt fratres beatæ mariæ genitricis dei de monte carmeli ad angliam.

BEnignus deus q oẽs uult saluos fieri:& ad agnitionẽ ueritatis uenire:istos fratres carmelitas matris suæ:tanq̃ in ultimis mũdi partibus disposuit dilatari:per quos ad laudem sui nominis & gloriosæ uirginis mariæ matris eius populus utiq; posset ardentius excitari. Anno igitur dñi.M.ccxxxviii. domini papæ Gregorii noui anno septimo & illustrissimi regis angliæ Henrici tertii anno.xxiii. uenerũt ad terrã sanctã ad tholomaydam quæ alio noĩe dicit̃ accon:a paganis defensuri & si fauisset deus a terra turcos expulsuri: multi christiani:in quo tẽpore pagani multas fecerant equitatiões in terris accon uicinis. Experti autẽ ꝙ in mõte carmeli distãs te ab accon.iiii. miliaribus erat aqua scaturiens de fontæ helyæ:q est in ipso mõte iuxta cellas & oratoriũ quod fratres cõstruxerãt in honore uirginis mariæ nõ habun-

dauit aquis:nisi fratribus ibidem existentibus. Scientes insuper q fons ille cui non erat similis in terra multũ posset pficere usui christianoꝝ qui fuerãt uicini quasi obsessi nõ pmiserũt fratres in monte sedere:sed ipsos fugabãt. Fratres uero uenientes tholomaydã.i.accou:mãserũt inter christianos ut sacerdotes peregrini. Postmodũ uero tẽpore estiuo ut quantũcunq; possent saracẽi nocerẽt christianis in accou existentibus: piecerũt in fluuiũ de accon qui dicitur belũ:qui tũc præ feruure solis & estus:aquis attenuatis cœpit desiccari cadauera bestiaꝝ & christianoꝝ quos occiderunt:ut sic fetorẽ pestiferũ & aquas redderent mortiferas. Christiani uero fugati pro defectu aquæ dulcis quæ nõ erat in fontibus: p eo q oẽs fontes infecerãt turci:ceperũt infirmari: præcipue p calore uini cretẽsis & cipri:quod pro sui fortitudine nõ nisi limphatũ solet hauriri. Inquirentes ergo christiani si aliquis fons relictus esset intoxicatus:& didicerũt a fratribus de carmelo q saraceni nõ infecerũt illoꝝ fontẽ qui uocatur fons helyæ in mõte carmeli:quia sciebãt ipm nõ solere scaturire in absentia fratrũ:ideoq; uidebaẽ turcis sufficere fontẽ illũ a fratribus deseri illius loci. Missus ergo exercitus armatoꝝ ad carmelũ ut ueritatẽ scirent:regressi nunciauerũt se inuenisse montẽ amenũ:cellas defossas:sed desertas:in rupibus fontẽ deficcatũ. Vnde uere poterant uerba recipere hieremyæ desolationẽ locoꝝ terræ sanctæ plangẽtis hieremyæ.xlviii. Predo irruit:ablata est lætitia & exultatio de carmelo. Quo ad fontẽ dicere poterãt uerba amos primo dicentis. Luxerũt sponsa pastoꝝ:& exsiccatus est uertex carmeli. Accersitis igitur fratribus quesierũt pcetes si fons ille ipsis in carmelo existẽtibus habũdaret aquis. Rñderũt q sic. Mirantes ergo ducunt fratres cũ exercitu ad carmelũ qui locũ tam sanctũ & patrũ pphetaꝝ habitaculũ: genetrici dei dedicatũ ita desertũ:in tñ plangebãt:ut etiã astantes ad fletũ puocarẽt. Tandẽ unus illorũ fratres pie cõfortãs ait. Viri fratres ista desolatio erat antiquitus pphetata: qñ etiã & mĩa fuit pmissa per hieremyã dicẽtẽ. Hierẽyæ.iiii. Aspexi & ecce carmelus desertus:& oẽs urbes eius destructæ a facie dñi & a facie furoris eius. Hæc.n.dicit dñs. Deserta erit oĩs terra:sed tñ cõsummationẽ nõ faciã. Et alibi. Reducam israel ad habitaculũ suũ & pasceẽ carmelus. Cũ dicit cõsummationẽ nõ faciã: pmisit misericordiã:& restitutionẽ p saracenos destructoꝝ cũ subiunxit. Reducam israel &c. Confortati ergo fratres:adiuerũt uerticẽ ad illũ.s.locũ ubi helyas ppheta ordinis pater post tres annos & sex menses siccitatis sua prece pluuiã ipetrauit. Et flexis genibus:adorauerũt deum & dñam loci:matrem iesu christi & sanctos suos prædecessores ut fontis aqua more solito seruis dei scaturiret. Anteq̃ ergo ab oratione surgerent:innudabãt aquæ largiflue de fonte. Quod multi christiani diuersaꝝ nationũ uidentes:propter miraculum quod christo placuit facere:ad præces fratrũ genitricis suæ:in diuersas mundi partes secum adduxerunt fundãtes cis mansiones in honore suæ aduocatæ uirginis mariæ. Inter quos : christianissimi milites dominus Ioannes de uesci & dominus Ricardus de grei natione anglici post multos actus bellicos in palestina cõtra infideles streuue peractos:de terra sancta ad angliam remeantes:quosdam huius religiunis fratres anglicos de licentia prioris monasterii montis carmeli:secum ex deuotione ad angliam duxerunt:uidelicet Anno domini. M.ccxl. In festo natiuitatis domini. Horum a fratrum unus uocabatur frater yuo:cui dominus Ioannes de uesci mansionẽ dedit in silua de holim iuxta aluelbicum in cõfinibus scociæ. Alter uero Frater uocabatur Radulphus:cui dominus Ricardus de Grey dedit mansionem apud Eylissordiam in cautia. Vbi sanctissima conuersatiõe deo & uirgini gloriosæ continue famulantur:crescunt & multiplicantur:atq; per diuersa loca in eiusdem regni partibus deuotissime sunt fundati. Sapientia siquidem patris altissimi attingens a fine usq; ad finem fortiter & disponens omnia suauiter carmelitas fratres matris suæ præparatos ac calciatos pedes in euangelium pacis per uarias mundi partes honorifice uoluit dilatari: ad dandam scientiam salutis plebi eius. Qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat iesus christus p infinita sæcula sæculorum Amen.

¶ Versus de fundatione nostra in Anglia per prædictos dominos.

¶ Anno milleno ducenteno quadrageno:
¶ Holim carmelitæ capiunt ad tempora uitæ.
¶ Carinis concessi prius in boria loca uesci.
¶ Caruus in claustro grei primo fixit in austro.
¶ Quæ loca concessi carmelitis ego uesci.
¶ Perci firmauit deus huic sibi nos sociauit.

¶ Nomina fundatoꝝ conuentuum Carmelitarum in anglia:

Dominus Ioannes de Vescy:dominus de alnelbiter Fundator primus:conuẽtus Alneluici:& Domini de Percy fundatores secundi Anno dñi.1212. 1

¶Dominus Ricardus de Grey:dñs de Codenore fundator con uentus Eylilfordie 2 Cuius corpus unà cum corporibus posteriorum suorum requiescit in choro prædicti conuentus.Isti duo domini Vescy uidelicet & Grey duxerunt primo fratres de Monte carmeli ad angliam anno.1212.

¶Dominus Thomas Albuger miles fundator conuentus Nelbyudeniæ primus : Cuius corpus 3 iacet in choro ibidem.

¶Dñi Radulphus hẽpnale & Ihillius Calthotum fundatores 9uẽtus Brũhãiæ primi ãno.1240. 4

¶Fundator londñ.Dñs Ricardus de Grey prædictus anno.1241. 5

¶Cantebriggiæ fundatores:domini reges Edlbardus prius & Edlbardus secũdus:una cũ dñis 6 Glbydone de mortuo mari & Derkino uicario de Ibaldene anno.1251:

¶Eboracı:dñi de Vescy & de Percy supra memorati fundatores anno.1255. 7

¶Oxoniæ antiqui loci fundator: Dominus Nicolaus Nooles.Et fundator conuentus moderni 8 Dominus Ealbardus rex tertius anno.1260.

¶Bristollis:Dñs Edlbardus rex primus post conquestum fundator anno.1267. 9

¶Norlbici fundaror.Frater Gulielmus Colbgate quõdã ciuis Norlbici ann.1268. 10

¶Leunie fundatores Domini de Bardolf & Scales.Dominus Ioannes Ibignale miles : & Magister Ibalteros Olbycalbare anno.1269. 11

¶Lincolnie fundator:Magister Odo chelchenny de scocia anuo.1269. 12

¶Berlbyci fundator.Dominus Ioannes Tray de scocia anno.1270: 13

¶Nouicastri fundator:Dominus clæmens papa quintus una cum domino rege Edlbardo primo post conquestum anno.1270: 14

¶Northamptõe fundatores.Dñs Symõ de mõte forti:& dñs Chitlbode Milites anno.1271. 15

¶Sandlbici fundator primus.Henricus Colbfelde de Almania.Fundator secundus per cõcessionem Dñs Tomas Bealcaforde comes Vorcestrie.1272. 16

¶Glolbcestriæ Fundatores Domina Elienora Regina:mater dñi regis Edlbardi primi post cõquestũ:& Dñi Ioannes Giffarde & Tomæ Berbley milites.1273. 17

¶Stanfondie fundatores.Dominus Edlbardus rex primus & Magistri Henricus Sampson : & Valterius Flemyng. 18

¶Vyntonie fundator:Dominus Petrus de Ihyntonia præpositus ecclesiæ sanctæ Helenæ Ihyntoñ.qui ppter miraculũ sibi per gloriosam uirginem Mariam ostensum fratres ibidẽ fundauit: 19

¶Gyppislbici fundatores Dñi Galfridus Hadley & Robertus Nortone milites anno:1279: 20

¶Notynglíamie fundator Dñs Reginaldus de Grey Dñs de Ihylrõe & Schyrlaus anno.1276: 21

¶Ieruennite Dñs Edlhardus rex primos post cõquestum fundator anno.1278. 22

¶Cestriæ Fundator Tomas Stadhom Anno.1279. 23

¶Apulbye Fundatores Dñi de Vescy.Percy & clifforde anno:1281. 24

¶Hyngestonie Fundatores dominus Edlbardus rex secundus post cõquestum:Et dñi Robertus olhtred:& Ricardus de la Pool milites anno.1290. 25

¶MaldoneFundatores domini Ricardus Tranesende episcopus londoñ . & Ricardus yselhm rector ecclesiæ de Solhthanfelde anno.1292. 26

¶Sancti Botulphi Fundatores domini de Orby anno:130 27

¶Suttone Fundatores dominus Edmundus Dux Cornubie prius:& Illustris princeps Edlbardus primogenitusDñi Edlbardi regis tertii:secundus anno.1312. 28

¶Schorrhã Fũdatores dñs Edlbardus scd's rex post cõquestũ:& dñi de Molhmbray . ãno:1315: 29

¶Hychie Fundatores dominus Edlhardus secundus rex post conquestum Ioannes Blomenyle & Adam de la Rolbs.1316. 30

¶Marleburgie Fundatores Ioãnes Goodhyne & Ibillius rameshich mercatores.1216. 31

¶Scardeburgie Fundator Dominus Edlhardus secundus rex post conquestum:una cum domino de Neuyle domino de Raby.1319. 32

¶Snyterleye Fundatores dñi de Roos:& dñi Robertus Bachõ & ioãnes Brette milites.1321. 33

¶Conuẽtreæ Fundator dominus Ioannes Pulstuay Miles.1532. 34

¶Dinbye Fundator ioaunes Slhynnemore.1339: 35

¶Ludlolbie Fũdator dñs Laurẽtius ludlolbe cũ dña Halhifia consorte sua.1340 36

¶Calisie Fundatrix in prima fundatione Domina Macildis , Comitissa Attebatensis de regno 37

franciæ. Et illustris princeps dominus rex. Edlhardus tertius post conquestum fundator fuit se cundos: ante conquestum. 1312. post. 1344.

38 ¶ Dõcastrie Fũdatores dñs Ioa. dux Lãcastriæ & ioã. Nihbrother cũ Matilda cõsorte sua. 1350.

patrocinio auctoritate apostolica perpetuo communimus inter cætera cauetur expresse quod fratres ordinis prædicti ab esu carniũ abstineant nisi pro ĩfirmitatis aut debilitatis remedio sumantur & eisdẽ etiã pcipit quod singulis diebus dominicis dũtaxat exceptis a festo exaltationis sanctæ crucis usq; ad festiuitatẽ resurrectiõis dominicæ ieiunare teneant & ab Eugẽio papa.iiii. pdecessore pfato quadã tẽperie huiusmodi rigorẽ mitigãte concedit statuit & ordinat qđ dicti ordinis pfessores q pro tpe forẽt tribus diebus singularũ septimanaꝝ etiã qbus ut præfert ieiunare iuxta eãdẽ regulã erãt astricti carnibus uesci possent pterq̃ in aduẽtu & q̃dragesima & aliis generaliter phibitis diebus. Cũ ut ẽt accepimus ab aliqoibus reuocet in dubiũ an illis diebus qbus eis esus carniũ cõcedit ieiunare teneant pro eo qđ in cõcessione pdicta Eugenii nõ solũ mitigationẽ abstinẽtiæ sed relaxationẽ ieiunii ab eodẽ Eugenio pdecessore peritũ fuisse cõspicit & ppterea piæ memoriæ Pius papa.ii. pdecessor noster præfatus cõcessit ut prior generalis dicti ordinis qui pro tpe foret super hmõi posset ieiunio dispẽsare. Nos etiã motu & sciã similibus litteras prædictas Alberti patriarchæ hierosolymitañ & Innocẽtii.iiii. Alexã.iiii. nicolai.iiii. Eugẽii & Pii innouamus & cõfirmamus & approbamus & ppetuæ firmitatis esse uolumus & mãdamus cõcedentes qđ tu dilecte fili generalis & q pro tpe erunt tui in dicto officio successores psonarũ locorum & tẽporũ qualitate pensata cũ utriusq; sexus dicti ordinis pfessoribus iuxta tuæ cõsciẽtiæ arbitriũ super pmissis tam ieiunio q̃ carniũ esu dispẽsare oaleas atq; tres dies plures uel pauciores ad ieiunium faciendum nominare & remittere ut possis libere indulgemus ac illis ex eis q iuxta huiusmodi regularia instituta dicti ordinis gloriosissimæ dei genetricis mariæ de monte carmeli & eiusdẽ Eugenii mitigationẽ antedictã nr̃amq; declarationẽ huiusmodi ut cõfessor idoneus quẽ quilibet eorũ utriusq; sexus de suorum superiorum consensu duxerit eligendum eorũ cõfessione diligenter audita semel in uita & in mortis articulo plenariam omnium suorum peccatorũ remissionẽ & indulgentiã ĩpendere ualeat auctoritate apostolica tenore præsentiũ gratiose concedimus. ¶ Et quia in eadẽ regula cõcedit qđ eiusdem ordinis professores possint habere loca in heremis uel ubi eis donata forẽt ad eorũ religionis obseruãtiam apta & cõmoda secũdum quod eisdem priori & fratribus uideretur expedire. Et ex cõcessione præfati Vrbani quarti prædecessoris nostri si qui christi fideles aliqua loca ad se spectantia quæ feudalia seu censualia non existant eis contulerint pietatis intuitu liceat eis de licẽtia diocesanorum illa suscipere & in eoꝝ singulis ecclesiam uel oratorium cõstruere deuotioni ac petitioni eorũ nõ plene uidetur satisfactum cõcessionem prædictã ad alia quæcunq; loca domos & ecclesias etiã parochiales motu sciẽtia & auctoritate prædictis extendimus ac cõcessionem ipsam effectũ sortiri uolumus nõ obstãte cõstitutione recolendæ memoriæ Bonifacii papæ.viii. similiter pdecessoris nostri phibente ne cuiuslibet mendicantium ordinum fratres ad habitandum noua loca recipere uel recepta mutare præsumant sine dictæ sedis licentia speciali faciente specialem & expressam de phibitione hmõi mentionẽ. Et si cõtingat locoꝝ ordinarios in domos prædictoꝝ fratrum in suis diocesis cõstructas aliquam iurisdictionem aut supereminentiam sibi uendicare & fratrum eorundem quies in aliquo perturbaretur liceat tunc dictis fratribus capellanum in dictas domos & ecclesias ĩstituere & ammouere prout superius in præsentibus litteris diximus & expressimus. ¶ Prouidam uero calixti papæ.iii. prædecessoris præfati constitutionem quæ incipit Ad futuram rei memoriã Ad romañ pontificem qua uoluit q nullus dicti ordinis professorum beneficia sæcularia seu ẽt regularia quorumuis romañ pontificum aut sedis apostolicæ uel legatorum eius cõcessione uel indulto quouis modo in titulum uel in commendam pro tempore obtinentium aut qui futuris temporibus quomodolibet obtinebunt etiam si illa simpliciter uel alio quouis modo dimiserit in capitulis generalibus uel prouincialibus aut congregatiõibus seu negociis officiis uel aliis administrationibus dicti ordinis nisi generalis pro tempore consensu interueniente quomodolibet admittatur sub excomunicationis pena quam admissi & admittentes ipso facto incurrant: auctoritate scientia & motu prædictis etiam in archiepiscopali & episcopali dignitate fulgentibus aut monasteria aliqua uel prouinciam in commendam obtinentibus locum habere decernimus atq; prædictas litteras & omnia & singula in eis contenta ad eos qui in dignitatibus huiusmodi sunt constituti extendimus districte præcipiendo sub penis in dicta constitutione cõtentis omnibus & singulis prædicta beneficia aut dignitates quauis auctoritate uel indulto obtinẽtibus ut nullo modo de administratione fratrum aut domoꝝ aut prouinciarum seu conuentuum aliorumq; bonorum se impediant absq; dicti ordinis magistri generalis expressa licentia non obstantibus quibuscunq; litteris etiam a sede apostolica impetratis uel in posterum ĩpetrã-

dis quibus ex certa scientia & motu proprio derogamus & per præsentes derogari uolumus etiã si de illis habenda foret mentio specialis ut singula bona ordinis uidelicet ꝓuinciæ ecclesiæ domus & supposita & utrinsq; sexus ꝓfessi ut tenent sub integra magistri generalis exstãt obedientia. ¶ Postremo cũ ꝑdictorũ fratrũ gloriosissimæ dei genitricis semperq; uirginis mariæ de mõte carmeli sicut & prædicatoꝶ minoꝶ & heremitarũ sancti augustini fratrum ordinũ ꝓfessores pro fidei catholicæ dilatatiõe continue indefesseq; laborent fructusq; afferãt in ecclesia dei salutares. Et ꝓpterea fuerũt uariis per sedem prædictam priuilegiis decorati ut quos par labor pariaq; merita cõiungunt paria cõiungãt priuilegia & fauores eisdem fratrum gloriosissimæ dei genitricis semperq; uirginis mariæ de monte carmelo ꝓfessoribus ut concessis eisdem fratribus prædicatoribus minoribus & heremitis sancti augustini priuilegiis indulgentiis gratiis & faoribus ac indultis tam in spiritualibus q̃ temporalibus a prædictis & aliis romañ pontificibus, prædecessoribus nostris & quomodolibet etiam a nobis aut aliis auctoritatem habentibus quæ omnia ac si nominatim exprimerentur haberi hic uolumus pro expressis & nostræ approbationis munimine solidamus ac decernimus robur ꝑpetuæ firmitatis obtiere potiri & gaudere possint & debeat ꝑpetuis futuris temporibus in omnibus & per omnia prorsus & sine ulla differẽtia perinde ac si eisdem prædicatorum minorum & beremitarum sancti Augustioi fratrum ordinibus prædictis sunt concessa prædicto ordini gloriosissimæ dei gerutricis semperq; uirginis mariæ de mõte carmeli nominatim concessa fuissent aut cõcederentur in futurum. Et quæ magistro prædicatorum & ministro generali minorum ac priori generali heremitarum sancti augustini prouincialibus prioribus prædicatorum & ministris minorum fratrum ac prouincialibus prioribus heremitarum sancti augustini. Nec non monastetiis monialium sub eorundem prædicatorum minorum ac heremitarum sancti augustini ordioum fratrum cura secundũ ipsorum prædicatorũ minorum ac heremitarum sancti augustini fratrum ordinum instituta uiuẽtium sunt statuta in magistro generali & prouĩcialibus prioribus & uicariis dicti ordinis gloriosissimæ dei gẽitricis semperq; uirginis mariæ de monte carmeli & monasteriorum monialium dicti ordinis beatissimæ dei genetricis, semperq; uirginis mariæ de monte carmeli institura uiuentium uiræ uerba statuta sint & esse censeantur. Mandantes & scientia motu & auctoritate prædictis præcipiendo nr dñ priuilegiorum indulgentiarum prærogariuarum exemptionum indultorum immuoitatum dictorum fratrum prædicatorum minorum & heræmitarũ sancti augustini originales litteræ aut transumpta autentica pro parte & in fauorem dictorum fratrum beatissimæ dei genitricis sempq; uirginis mariæ de monte carmeli adducerentur uel exhiberentur eadem fides indubia adhibeatur tam in iudicio q̃ extra iudicium & aliis locis quibus opus fuerit ac si in fauorem dictoꝶ fratrum beatissimæ dei genitricis semperq; uirginis Mariæ de moote carmeli a sede apostolica emanassent & eis fuissent immediate concessæ districtius inhibentes eisdem locorum ordinariis sub interdicti ingressus ecclesiæ & suspensionis a regimine ac administratione suarum ecclesiarũ ac parochialium ecclesiarum rectoribus & aliis quibuscunq; sub excomunicationis latæ sententiæ & priuationis earundem ecclesiarum parochialium ac omnium aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quæ obtinent nec nõ inhabilitationis ad illa & alia in posterum obtinenda penis eo ipso per eos qui contrafecerint incurrendis ne ordinis prædicti fratrum gloriosissimæ dei genetricis semperq; uirginis mariæ de monte carmeli domos & singula bona & professores præter & contra prædictorum Innocentii Bonifacii Alexandri Nicolai Clæmentis quarti & sexti & aliorum quorumcunq; prædecessorum nostrorum & præsentium tenorem litterarum inquietare seu molestare & eos aut testamentorum ultimarumq; uoluntatum executores & hæredes prædictos seu quoscunq; alios directe uel indirecte ad solutionem alicuius quarte parochialis seu canonicæ uel alterius portionis seu oneris & ad faciendum celebrari aliquod officium nec prædicari in eorum ecclesiis uel alibi dum apud ipsos fratres decedentium cadauera tumulantur ante uel post eorum, sepulturam nec confessis dictis fratribus ordinis beatæ mariæ de monte carmeli pro tempore eucharistiæ seu extremæ unctionis sacramenta sine rationabili causa denegare & illorum exhibitionem malitiose differre aut eorum parochianis ne dictis fratribus confiteant prohibere uel persuadere nec etiam ad præmissa seu aliquod premissorum auxilium consilium uel fauorem dare directe uel indirecte quoquomodo præsumant. ¶ Et nihilominus dicti ordinis protectori qui pro tempore erit & cuilibet in dignitate ecclesiastica constituro & metropolitañ uel alterius cathedralis ecclesiæ canonico per uniuersum orbem qui desuper prædicti ordinis gloriosissimæ dei genitricis semperq; uirginis mariæ de monte carmeli priores & fratres

ac illorum seu ad cōmodum eorum romanę ecclesiæ sindicos desuper requisitus fuerit per apostolica scripta insolidum mandamus quatenus per se uel alium seu alios præmissa ubi & quādo opus fuerit solēniter publicātes ac eisdē fratrum gloriosissimæ dei genitricis semperque uirginis mariæ de monte carmeli ordini illisque domibus & pfessoribus in præmissis efficacis defensionis præsidio assistētes faciant eos pacifica possessione uel quasi priuilegiorum & cōcessionum huiusmodi gaudere nō pmittentes eos seu testamentorum executores & hæredes pdictos contra illorū tenorē per ordinarios & rectores pdictos aut quoscunque alios indebite molestari aut eis grauamina iniurias atque damna inferri seu quomodolibet irrogari ac etiam summarie & de plano sine strepitu & figura iodicii sola facti ueritate īspecta cōtra quoscūque cuiuscunque qualitatis uel cōditiōis existant & quacūque ecclesiastica etiā parrochiali archiepiscopali aut epali aut mundana forēt dignitate & exemptione muniti in qbuscunque causis per eos mouēdis qcunque ratiōe uel causa quæ excogitari posset eis ministrent iustitiæ cōplementū. Exequētes quod per eos fuerit ordinatū & illos quos censuras & poenas pdictas incurrisse cōstiterit illos irretitos esse declarēt ac faciāt & mādent interdictos suspēsos & excomunicatos publice nunciari & ab oībus artius euitari ac legitimis super his habēdis seruatis pcessibus illos quotiēs opus fuerit iteratis uicibus aggrauare procurent. Contradictores auctoritate apostolica appellatione postposita cōpescendo inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii sæcularis. Nō obstantibus præfati Bonifacii. viii. quibus cauetur ne quis extra suam ciuitatē & diocesis nisi in certis exceptis casibus & ī illis ultra unam dietam a fine suæ diocesis ad iudicium euocetur seu ne iudices a sede apostolica deputati extra ciuitatem & diocesis in quibus deputati fuerint cōtra quoscunque procedere aut alii uel aliis uices suas committere præsumant & de duabus dictis in cōcilio generali nec nō quæ incipit Super cathedram Bonifacii pfati & dudum uiennen concilii ac recolendæ memoriæ Calixti papæ. iii. etiam prædecessoris nostri litteris aliisque apostolicis ac etiam in puincialibus & sinodalibus conciliis editis specialibus & generalibus nec nō octonis & octoboni olim in regno angliæ apostolicæ sedis legatorum Cōstitutionibus ecclesiarum quoque & locorum quorūcunque statutis & cōsuetudinibus & inter quoscūque dicti ordinis fratrum gloriosissimæ dei genetricis semperque uirginis mariæ de mōte carmeli pfessores & locorum ordinarios seu rectores pdictos initis & cōclusis ac hactenus obseruatis pactis & cōuentionibus etiam iuramēto cōfirmatione apostolica uel quauis alia firmitate roboratis nec non omnibus illis quæ Innocentius Bonifacius Alexander Ioannes Clæmens. qrtus & sextus ac Niculaus. iiii. & v. aliique pdecessores præfati in pdictis eorum litteris noluerūt non obstare cōtrariis quibuscunque quibus omnia illa ac si de uerbo ad uerbum insererētur & derogatoriarū derogatorias clausulas in se continerent præsentibus pro expressis habentes illis alias in suo robore permansuris quo ad pmissa specialiter & expresse derogamus aut si patriarchis archiepiscopis & epischopis ac rectoribus præfatis seu quibusuis aliis communiter uel diuisim a sede apostolica indultum existat quod interdici suspendi uel excommunicari aut extra uel ultra certa loca ad iudicium euocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam ac de uerbo ad uerbum de induito huiusmodi mentionem & qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali uel speciali cuiuscunque tenoris existat per quam præsentibus non expressam uł totaliter non insertam effectus earum & concessæ in eis iurisdictionis executio impediri ualeat quomodolibet uel differri & de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nos enim ex nunc illa & quæcunque alia quæ in futurum per nos & sedem apostolicam quomodolibet concedi statui decerni & ordinari contigerit contra Innocentii Bonifacii Alexandri Ioannis Clæmentis quarti & sexti ac Nicolai quarti & quinti & aliorum prædecessorum prædictorum & psentium litterarum huiusmodi tenorem nec non si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter attemptari contigerit irrita & inania nulliusque roboris uel momenti esse decernimus. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisue persona hanc nostram concessionis declarationem inhibitionis indulti decreti statuti uoluntatis constitutionis derogationis reseruationis cassationis restitutionis irritationis & annullationis paginam scienter uel ignoranter contra eam temere contraire attemptauerit primo secundo tertioue commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit potestatis honoris sui careat dignitate reumque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat & a sacratissimo corpore & sanguine domini & redemptoris nostri iesu christi aliena fiat atque in districto examine districte subiaceat ultioni ac indignationem omnipotentis dei & beatorum petri & pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Cunctis autem dictis fratribus gloriosissimæ dei geni

tricis soperq; uirginis mariæ de monte carmeli sua iura seruantibus sit pax domini nostri iesu christi quateous etiam hic fructum bonæ actionis percipiat & apud distictum iudicium premia æternæ pacis inueniat amen. ¶ Et quia difficile foret præsentes litteras ad singulas prouincias originaliter destinare uolumus & dicta auctoritare decernimus quod transumptis earum manu notarii publici & curiæ causarum cameræ apostolicæ uel protectoris qui est & qui pro tempore erit aut alicuius archiepiscopalis uel episcopalis sigillo seu dicti ordinis magist; i generalis munitis ea protsus in iudicio & extra ubicunq; exhi bira uel ostensa fueriot fides adhibeatur indubia ac si ipse originales litteræ forent exhibitæ uel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ innouatioois approbationis coostitutionis ordinationis applicationis statuti concessionis indulti extensionis uoluntatis ampliationis declarationis confirmatioois suppletionis mandati derogationis & decreti infringere uel ei auso temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis dei & beatorum petri & apuli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum romæ apud sanctum petrum anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto quarto calendas Decembris Pontificatus nostri anoo sexto.

Bulla Sixti quarti

restituit quædam summorum pontificum priuilegia pro Prædicatoribus, Minoribus Augustiniensibus, et Carmelitis, quæ a Calixto tertio et alijs fuerant reuocata


SIxtus episcopus seruos seruornm dei ad perpetuam rei memoriam. Quia in futurorum euentibos sic humani fallitur incertitudo iudicii ut quod conjectura probabili & interdom attenta consideratione utile & ad pacem & qoietem tendere uidebatur reperiri damnosom ac iorgiis ac dissenrionibus plenum quandoq; contingat non debet reprehensibile iudicari Si romanus pontifex quæ a prædecessoribus suis ex caosis uerisimiliter probabilibus suot statota cognito q ex eis dissentiones & iurgia inter personas quaslibet præsertim ecclesiasticas oriantur ne noxe grauiores exitusq; peiores inde prodeant reuocat & annullat ac in statum pristinum reducit prout in domino cōspicit salubriter expedire. Dudum siquidem postquam fœlicis recordationis Bonifacius papa. viii. prædecessor noster noonullis discordiis quæ inter prælatos & parochialium ecclesiarum rectores & ordinum mendicantium fratres per diuersas mundi prouincias constitutos exortæ erant sua quæ incipit Super cathedram constitutione finem imponere curauerat fueratq; constiturio prædicta per piæ memoriæ Clæmentem papam. v. etiam prædecessorem nostrum in concilio uienneñ innouata ac per piæ memoriæ Ioannem papam uigesimumsecundum similiter prædecessorem nostrum ad heremitarum Sancti Augustini & beatissimæ dei genitricis Mariæ de monte carmelo ordinum professores extensa nonnolli alii romani pootifices etiam prædecessores nostri ut omnem inter fratres & prælatos ac rectores præfatos conteotionem occasioñ de medio submouerent dictorum mendicantium ordinum professoribus tam in genere quam in specie ex diuersis rationabilibus causis uaria priuilegia aduersus constitutionis prædictæ tenorem & super illius declaratione & interpretatione concesserunt. Et deinde piæ memoriæ Calixto papæ tertio etiam prædecessori nostro per nō nullos episcopos aliosque superiores prælatos nec non parochialium ecclesiarum rectores exposito q aliqui dictorum fratrum se specialiter quæ ab ipsa sede in eorum fauorem aduersus constitutionem eandem emanasse asserebant primlegiorum concessiooum & iodultorum prætextu ne ad dictæ constitutiouis obseruationem compelli possent tuebantur in eorundem conquerentium & parochialiom ecclesiarum præiudicium & grauamen uariaque propterea inter eosdem prælatos rectores & sacerdotes ac fratres iurgia & contentiones & scandala exorta erant & oriebantur indies quibus obuiaretur si constitutio prædicta obseruaretur & per eundem Calixtum prædecessorem accepto q a nonnullis ex ipsis prælatis rectoribus curatis & sacerdotibus contra tenorem præfatæ constitutionis dictis fratribus graues iniuriæ ac molestiæ inferebantur Idem Calixtus prædecessor cupiens huiusmodi iurgiis contentionibus & scandalis obuiare con

stitutionem & illius innouationem & extensionem prædictas iuxta illarum seriem & continentiam in omnibus & per omnia seruari debere statuit & ordinauit q̧ quæcunque priuilegia concessiones & indulta si qua a quibusuis romañ pōtificibus prædecessoribus suis aduersus constitutionem & innouationem ac declarationem prædictas sub quacunq̧ uerborum forma & cum quibusuis irritantibus decretis & talibus q̧ eis per quasuis alias litteras apostolicas etiam facientes plenam & expressam ac de uerbo ad uerbum de illorum totali tenore mentionem & similis effectus uel maioris cautele derogatoriis clausulis qualitercunque derogari nequiret siue motu proprio siue quouis respectu pro quibusuis ordinibus seu eorum domibus & locis in genere uel in specie emanassent. Illorum usus quantumcunque continuata possessione nullatenus obsistente cassauit reuocauit & annullauit ac decreuit nullius esse roboris uel momenti prout in eisdem priuilegiis & quibusdam litteris ipsius Calixti prædecessoris super statuto & reuocatione huiusmodi confectis & libris cancellariæ apostolicæ de illius mandato descriptis plenius continetur. Cum autem sicut experientia efficax rerum magistra postmodum mōstrauit & nos ipsi tunc temporis in minoribus constituti dum generalatus ordinis fratrum minorum fungebamur officio uidimus ex ipsius Calixti prædecessoris nostri litteris & priuilegiorum reuocatione præter ipsius Calixti prædecessoris intentum quamplurima iurgia lites dissensiones & scandala exorta uariæque appellationes pro eorūdem fratrum parte ad sedem apostolicam interpositæ & querelæ delatæ fuerint ac propterea idem prædecessor sanctæ romañ ecclesiæ uice cancellario & in litterarum apostolicarum expeditioñ sibi assistentibus abbreuiatoribus ne dictarum litterarum copiam cuiquam traderent inhibuerit Dubitaturque uerisimiliter q̧ nisi litteræ prædictæ Calixti prædecessoris præfati reuocentur exinde in dies sint maiora scandala prouentura. Nos quarumcunque causarum præmissorum occasione & dependentium ab eisdem tam in romañ curia quā extra eam pendentium coram quibuscunque iudicibus tam ordinatiis quam a sede apostolica uel alias delegatis in quacunque instantia etiam appellationis status iudicum & colligantium nomina & cognomina dignitates præsentibus pro expressis habentes. Illasque ad nos harum serie aduocantes & litem pœnitus extinguentes ac uolentes huiusmodi contentionibus discordiis & scandalis quantum possumus obuiare motu proprio non ad ipsorum fratrum uel alterius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam sed de nostra mera liberalitate eiusdem Calixti prædecessoris litteras prædictas & in eis contenta priuilegiorum concessionum & indultorum huiusmodi reuocationem & si quæ desuper ab aliis prædecessoribus nostris eiusdemque Calixti successoribus romañ pontificibus approbationes emanarunt auctoritate apostolica tenore præsentium & ex certa nostra scientia reuocamus cassamus irritamus & annullamus & de libris ac registris quibuslibet deleri mandamus ac priuilegia concessiones & indulta prædicta illa omnia qualiacunque sint ac si de uerbo ad uerbum insererentur præsentibus pro expressis habentes in suos plenum & pristinum robur nec non præfatos mendicantes fratres quibus concessa sunt in genere & in specie quoad illorum totalem in præteritis præsentibus & futuris negociis consequeñ effectum in pristinum & eum statum in quo uidelicet erant antequam litteræ calixti & reuocatio huiusmodi quomodolibet emanarent plenarie restituimus reponimus & reintegramus decernentes ea omnia in suis prioribus uiribus & efficacia fore & effectum etiam quo ad præterita pro appellatione pendētia negocia sortiri debere in omnibus & per omnia perinde ac si præfati Calixti prædecessoris & in illis contenta reuocatio prædicta nullatenus emanassent nec non irritum & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter contra illa attemptatum forsan est hactenus uel in posterum contigerit attemptari. Et nihilominus uenerabilibus fratribus nostris Besareoñ sabineñ minorū & Guillielmo ostieñ heremitarum Sancti Augustini & beatissimæ dei genetricis Mariæ de monte carmelo ac alano penestrineñ prædicatorum episcopis ordinum prædictorum nunc & pro tempore existentibus protectoribus in romañ curia sanctæ romañ ecclesiæ cardinalibus per apostolica scripta mandamus quatenus quilibet eorum per se uel alium seu alios præmissa ubi & quando opus fuerit ipsique desuper fuerint requisiti solemniter publicantes & ordini suæ protectioni commisso ac illius professoribus in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens faciat eos pacifica possessione uel quasi exemptionū & priuilegioꝝ prædictoꝝ gaudere non pmittens eos cōtra illoꝝ aut cuiuslibet eoꝝ tenoré p locoꝝ ordinarios & parochialiū ecclesiarum rectores ac quoscunq̧ alios indebite molestari Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescen-

do ac legittimis super his habendis seruatis processibus eos quotiens opus fuerit iteratis uicibus aggrauare procuret inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii sæcularis. Non obstantibus piæ memoriæ Bonifacii papæ octaui etiam prædecessoris nostri & aliis apostolicis constitutionibus quibus cauetur ne quis extra suam ciuitatem & dioce. nisi in certis exceptis casibus & in illis ultra unam dietam ad iudicium euocetur. Seu ne iudices a sede apostolica deputati extra ciuitatem & dioce. in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere aut alii uel alius uices suas committere præsumant & de duabus dietis in concilio generali ac aliis apostolicis constitutionibus contrariis quibuscunque seu si locorum ordinariis & parochialium ecclesiarum rectoribus uel quibusuis aliis communiter uel diuisim a sede præfata indultum existat q interdici suspendi uel excommunicari aut ultra uel extra certa loca ad iudicium euocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem & qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali uel speciali cuiuscunque tenoris existerent per quam præsentibus non expressam uel totaliter non insertam huiusmodi dictis protectoribus factæ commissionis explicatio impediri possit quomodo libet uel differri & de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ aduocationis extinctionis uoluntatis reuocationis cassationis irritationis annullationis mandati restitutionis repositionis reintegrationis & decreti infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis dei & beatorum petri & pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum romæ apud sanctum petrum anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo primo septimo idus decembris Pontificatus nostri anno primo.

Bulla Sixti quarti

pro libero regimine Predicatorum, Minorum, Augustiniensium, et Carmelitarum erga suos fratres, ac moniales habendo, atque pro immunitate et exemptione a gabellis



Ixtus episcopus seruus seruorum dei ad perpetuam rei memoriam: Dum singulos regulares ordines & loca sanctimoniæ debita illorumque personas paterno conspicimus intuitu ad eas præcipue nostræ dirigimus considerationis affectum quæ mundanis abdicatis illecebris spiritum paupertatis assumentes elemosynarum eis erogandarum questu potius quã copiis diuitiarum uictum querentes iugiter præstant domino famulatum suisque uitæ sanctimonia & salubribus prædicationibus populum dei ad bene deuoteq̃ uiuẽdum inducunt illosque prout ex iniuncto nobis cœlitus seruituris officio congruit ab omni conamur uexatione tueri ut uestri ministerii præsidio eorum status prosperetur ubilibet & personæ ipse propulsis quibus obrui possint dispendiis fœlicis status eiusdem suscipiant incrementa. Sane dudum cum in minoribus constituti in ordine fratrum minorum generalis ministri fungeremur officio intelleximus & post nostram ad summi apostolatus apicem assumptionem a dilectorum filiorum fratrum prædicatorum minorum & heremitarum sancti augustini & beatæ mariæ de monte carmeli ordinum generalibus magistris ministro & prioribus qui pro tempore fuerunt & aliorum dictorum ordinom professorum relatione non sine querela accepimus q laici in diuersis mundis partibus constituti propriis incumbentes affectibus. Dum magistri ministri & priores ipsi tam generales quã prouinciales & domorum eorũdem ordinum custodes guardiani ac fratres conuentuales nuncupati dictarum domorum iura prosequuntur ac pecunias & bona ad licitos usus eorundem fratrum pia christi fideliũ largitiõe eis & eoꝝ domibus & ordibus relicta seu legata aut alias debita ab eisdẽ laicis exiger curãt aut ipsaꝝ domoꝝ bõa præfatis laicis ꝑ eoꝝ bñplacito & uoluntate cõcedere seu ciuiles laicoꝝ eorũdẽ dissẽsiões particulares discordias & factiões seq uł alias i his q̃ laici ipsi a magro mistris

Priotibus Guardianis & fratribus memoratis minus licite postulant eisdē cōplacere recusant ac recusanti ac alias dum laici ipsi Magistrum Ministros Priores Custodes Guardianos & fratres prædictos aliis uariis plerunq; occasionibus ea qua debent affectione non prosequuntur ut se de eisdem Magistro Ministris Prioribus Custodibus Guardianis & fratribus memoratis conuentualibus nuncupatis ualeant uindicare: aut occupatorum per ipsos laicos bonorum ad domos eorundem fratrum pertinentium restitutionem differre & si domus ipse ad fratris dictorum ordinum de obseruantia nuncupatos perueniant bona illorum eis accommoda emere & pro minori præcio q̄ ualeant habere possint exquisitis mediis curant ꝙ domus ipse ordinum eorundem per dictos fratres cōuētuales longo tempore possessæ & inhabitatæ fratribus de obseruantia uel alio nomine nuncupans eorundem ordinum concedantur nouas gabellas & onera a quibus fratres ipsi exempti sunt ab eis exigere uaria grauamina eis inferre & alias iniurias irrogare præsumunt ex quo plurima eisdem fratribus conuentualibus īcommoda proueniūt. nam metu molestiarum huiusmodi quas eis inferri formidant in exigendo & prosequendo domorum suarum iura timidiores reddūtur & eosdem laicos uereri ultra q̄ deceat & a libere prædicando quod illos tangit abstinere & illis ultra q̄ ipsorum qualitas exigat & ordinum prædictorum utilitas persuadeat differre coguntur inuiti non absq; diuinæ maiestatis offensa & ordinum eorundem graui præiudicio & iactura adeo ut propter incommoda prædicta etiam aliq dictorum ordinum professores nonnunq̄ domos deserant & ad alios non mendicantium ordines se transferant tales molestias euitare curantes. Aliqui uero qui ordines ipsos ingrederentur ab ingrediendo abstinere cernantur quod ad eorundem ordinum perniciem paulatim cedere manifeste dinoscitur. Nos igitur qui dum generalis ministri dicto fungeremur officio pro quiete uniuersorum professorum dicti ordinis fratrum minorum tam conuentualium q̄ de obseruantia seu bulla aut alias iuxta diuersarum regionum consuetudinem nuncupatorum procurauimus quod fœlicis recordationis Paulus papa secūdus prædecessor noster sub censuris & pœnis ecclesiasticis tunc expressis inhiberet uniuersis fratribus prædictis ut prædicti fratres de obseruantia nuncupati domos eorūdem fratrum conuentualium ordinis fratrum minorum aut alias pro eorum habitatione querere uel recipere uel ꝙ monasteria monialium curæ eorūdem fratrum conuentualium commissa ipsorum fratrum de obseruantia curæ committerentur enā querere præsumerent prout in eisdem prædecessoris litteris desuper confectis plenius continetur tot malis quot prædicatorum minorum heremitarum sancti Augustini & carmelitarum sanctæ mariæ ordinum mendicantium professores prædicti conuentuales nuncupati quorum scientia & doctrina militans ecclesia continuo suscipit incrementa ex præmissis patiuntur ut tenemur obuiare cupientes motu proprio non ad prædictorum magistri ministri priorum custodum guardianorum & fratrum conuentualium uel alterius pro eis nobis super hoc oblate petitionis instantiam sed de nostra mera deliberatione & ex certa scientia litteras prædecessoris huiusmodi ratas habentes & innouantes Omnibus & singulis clericis & religiosis de bulla uel alias de obseruantia nuncupatis ordinum quorūcunque ac laicis utriusq; sexus cuiuscunque dignitatis gradus ordinis uel conditionis fuerint Etiam si marchionali ducali comitali patriarchali archiepiscopali episcopali abbatiali & alia qualibet ecclesiastica uel mūdana præfulgeant dignitate & auctoritate sub pœna excomunicationis latæ sententiæ eo ipso totiens quotiens illos cōtrafacere contigerit incurrenda ne ꝙ domos & loca professorum dictorum ordinum conuentualium nuncupatorum aut monasteria monialium eorum curæ commissa aliis fratribus monialibus seu sororibus etiam eiusdem ordinis quouis nomine nuncupatis quomodolibet concedantur aut ꝙ amotis exinde fratribus & sororibus illas & illa inhabitantibus reformentur & alii frattes aliæ ue moniales seu sorores eorum loca surrogentur & substituantur ibidem seu ꝙ monasteria prædicta aliorum curæ committantur procurare querere aut temptare nisi apud magistrum ministros & priores generales uel prouinciales dictorum ordinum pro tempore existentes qui teneantur & debeant quotiens oportunum fuerit & postquam fuerint requisiti īfra annum domos ipsas debire reformare & quæ correctione & emendatione indigerēt corrigere & emendare nec etiamad effectum huiosmodi ammotionis eorum a domibus suis eisdem fratribus conuentualibus & eorum curæ commissis monialibus iniurias & grauamina aliqua inferre seu ab eisdem fratribus pro rebus & bonis quæ habent & negociationī causa nō deferrēt pedagia guidagia gabellas & alia quouis nomine nuncupata onera noua petere exigere uel le-

uare quoquomodo præsumant auctoritate apostolica præsentium tenore districtius inhibemus ac uolumus & motu scientiaque prædictis statuimus & ordinamus quot fratres ipsi conuentuales ac sorores & alii quibuscunque reformationibus quas fieri coutinget per generales aut prouinciales prædictos acquiescere illasq; obseruare omnino teneantur & debeant q; laici prædicti i faciendis reformationibus prædictis alias q̄ ut præfertur nullatenos se ītromittāt aut ne fiant opponant uel contradicant nec q; postmodum factæ refotmationes alterentur uel mutentur aut in eis aliquid ultra addatur quetere audeant sub eadem excomunicationis sentētia si contrafecerint eo ipso ex tunc incurrenda decernentes irritum & inane si secus super his a quoq̄ quauis etiam apostolica auctoritate sciēter uel ignotāter harum non inserto tenore contigerit attemptari. Et nihilominus præsentibus & futuris pro tempore dictorum ordinum protectoribus omnibusq; & singulis prælatis & aliis personis ecclesiasticis in dignitate constitutis necnon ecclesiarum cathedralium etiam metropolitañ canoñ per apostolica scripta mandamus quatenus ipsi & quilibet eorum per se uel alium seu alios respectiue dictis magistro mistris prioribus custodibus guardianis & fratribus conuentualibus in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes ac præmissa omnia & singula ubi & quando expedire cognouerint fuerintq; desuper requisiti solemniter publicantes nō permittāt eos uel eoꝝ aliquem cōtra præsentiū tenorem per quoscūq; quomodolibet iquietari seu molestari ac illos omnes & singulos quos eis huiusmodi excomunicationis sentētiam icurrisse cōstiterit quotiens super hoc pro parte aliquorū ex magistru ministris prioribus custodibus guardianis & fratribus prædictis cōuētualibus fuerint requisiti i ecclesiis & aliis locis ubi eis uidebitur excomuuicatos publice nunciēt faciantq; ab aliis nūciari & ab omnibus artius euitari donec præuia debita satisfactione meruerint ab eadem excomunicationis sentētia absolutionis beneficium obtinere contradictores per censuram ecclesiasticam appellatōe postposita compescēdo nō obstātibus præmissis ac cōstitutionibus & ordinationibus apostolicis necnō p̄dictoꝝ ordinum iuramēto cōfirmatōe apostolica uel quauis firmitate alia roboratis statutis & cōsuetudibus quibus oībus etiam si de illis eorumq; totis tenoribus specialis specifica & expræssa mētio præsentibus habenda foret tenore pn̄tiū quo ad præmissa simili scia derogamus & illa pro īfectis hēri uolumus cōtrariis quibuscūq; aut si personis & fratribus p̄dictis uel qbusuis aliis cōiter uel diuisim a sede apostolica idultum existat qd̄ interdici suspēdi uel excomunicari nō possint per lr̄as apostolicas nō faciētes plenam & expressam ac de uerbo ad uerbū de indulto huiusmodi mētionē & qualibet alia dictæ sedis īdulgētia generali uel spāli cuiuscūq; tenoris existat per quā pn̄ribus nō exp̄ssam uel totaliter nō īsertam effectus earū impediri ualeat qoomōlibet uel differri & de qua cuiusq; toto tenore hn̄da fit in nr̄is lr̄is mētio spālis. Postremo qa difficile foret pn̄tes lr̄as ad singulas p̄uincias originalr̄ destiare uolumus & dicta auctoritate decernimus q; trāsumptis earum manu notarii publici & curiæ cātū cameræ apostolicæ aut alicuius ep̄alis uel archiep̄alis sigillo mūiris ea p̄rsus ī iudicio & extra ubicūq; exhibita & ostēsa fuerit fides adhibeat ac si ipse origīales lr̄æ exhibitæ forēt & ostēsæ. Nulli ergo oīno hominum liceat hāc paginam nr̄æ ratihabitionis īnouatōis īhibitiōis statutis ordinationis coustitutionis mādati derogationis uolūtatis & decreti infrīgere uel ei ausu temerario cōtraire. Si quis aūt hoc attēptare præsumpserit indignationē oīpotentis dei & beatorum petri & pauli apostolorum eius se nouerit icursurū. Datū romæ apud sc̄tm̄ petrū āno īcarnationis dn̄icæ millesimo q̄drigētesimo. lxxv. chal. maii pōtificatus nr̄i anno quarto.

Bulla Sixti iiij circa sanctissimi patris nri Alberti Drepanensis publicam et solemnem venerationem

Sixtus ep̄s seruus seruoꝝ dei ad p̄petuam rei memoriā Cœlestis aule militū numerū adaugeri sancta lætatur ecclesia & p̄pterea eos qui ex hoc sæculo trāseūtes cōi opinione fideliū superna pr̄ia digni reputanť p̄sertim miraculoꝝ celebritate fulgētes æternitatis memoria decorare cōsueuit ut eoꝝ laudes freqoētioribus ualeāt resonare p̄coniis & dn̄s ī sc̄tis eius iugiter collaudari. Iccirco nos ea q̄ pro honorificētia beatorum de prædecessorum nostrorum romañ pontificū beneplacito pie obseruata fuisse cōperimus libēter cū a nobis petitur apostolico præsidio confouemus. Sane pro parte dilecti filii Christofori martignoni magistri generalis ordinis fratrum beatæ mariæ de monte carmeli nobis nuper exhibita petitio continebat q; dudum fœlicis recordationis calixto papæ tertio prædecessori nostro pro parte quondam Ioannis foreth tunc magistri generalis dicti ordinis exposito quot beatus Albertus qui dum uitam celibem ageret in humani sfrater dicti ordinis fuit & cuius corpus in ecclesia beatæ mariæ Messanen̄ in insula siciliæ fratrum dicti ordinis requiescit clare-

ſcentibus miraculis a christi fidelibus illatum & diuersis mundi partium in magna ueneratione habetur & propterea in diuersis ecclesiis per diuersas mundi partes altaria & ecclesiæ ad honorem dei & eiusdem beati Alberti commemorationem erecta fuerant unde desiderabat q̄ christi fideles ipsi in eorum huiusmodi laudabili proposito per tollerantiam sedis apostolicæ continuare libere & licite possent & ualerent ad quam quidem humilem petitioné cum præfatus Calixtus prædecessor annuisset uenerabilis frater noster Guillielmus episcopus osthieñ tunc tituli sancti martini in montibus præsbyter cardinalis qui etiam tunc præsens aderat de licétia & consensu dicti prædecessoris & mádato expresso uiuæ uocis oraculo sibi ab eodem facto ad tollendum scrupulos de mentibus hominum & ad honorem dei & dicti beati Alberti meritorum exaltationem de præmissis omnibus & singulis per suas patentes litteras suo sigillo munitas attestationé fecit prout in illis quas inspici & examinari diligenter ac præsentibus íseri fecimus plenius cōtinetur. Quare pro parte dicti Christofon generalis moderni asseréntis q̄ in præfata ecclesia & in diuersis mundi partibus per merita ipsius beati Alberti alia miracula coruscār in dies: Nobis fuit humiliter supplicatum ut attestationi dicti Guillielmi episcopi & cardinalis ac omnibus & singulis in eius litteris contentis huiusmodi pro illorum subsistentia firmiori robur apostolicæ cōfirmatioñ adiicere ac alias in præmissis oportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur attendétes quod digne in memoria uertitur hominum qui ad gaudia transiuit angelorum & ad ordiné præfatum qui continua gloriosissimæ dei genitricis semperq; uirginis mariæ protectione fouetur & sub eius honore & speciali titulo fundatus ac tam per diuersos romañ pōtifices prædecessores uostros q̄ etiam per nos apostolica fuit auctoritate comprobatus multiplicibusq; uirorum excellentium omni tempore quasi syderibus decoratur ornamentis dirigentes paternæ considerationis intuitum huiusmodi quoq; supplicationibus ielinati attestatione dicti Guillielmi episcopi & cardinalis qui dicti ordinis protector existit ac litteras prædictas ratas habentes & gratas illas cum omnibus & singulis in eis contentis cl'is auctoritate apostolica & ex certa nostra sciétia approbamus & confirmamus supplentes omnes & singulos defectus si qui forsan íteruenerint in eisdem. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis cæterisq; contrariis quibuscūq;. Et quia difficile foret præsentes litteras ad singulas prouincias originaliter destinare uolumus & dicta auctoritate decernimus q̄ transumptis dictarum lrarum manu notarii publici & curiæ causarum cameræ apostolicæ uel protectoris dicti ordinis qui nunc est & pro tpe fuerit aut alicuius epalis uel archiepalis seu cuiuscūq; in dignitate cōstituti etiá dicti ordinis magistri generalis ꝑ tpe existétis sigillo munitis ea ꝓrsus in iudicio & extra fides adhibeat í dubia ac si ipse originales litteræ forét exhibitæ uel ostésæ. Tenor autem dictarum litterarum seqtur & est talis. Guillielmus miseratione diuina tituli sancti martini in mōtibus sacro scté romañ ecclesiæ præsbyter cardinalis Rothomageñ uniuersis & singulis christi fidelibus pñtes lras íspecturis salutē in eo qui est uera oíum salus dignū & conueniēs iudicamus de his testimoniū reddere quæ pacem conscientiæ multoꝝ & deuotionis augmentum concernere uidentur. Notum igitur oíbus facimus ac testamur per pñtes q̄ sanctissimus í christo pater dñs nr̄ dñs Calixtus diuina prouidétia papa. iii. nuper uiuæ uocis oraculo nobis ꝑsentibus & astátibus coram sua sanctitate cōcessit & ídulsit Reuerédo patri magistro Ioāni foreth priori generali fratrum ordinis beatæ mariæ de monte carmeli ꝑsenti & supplicáti q̄ de beato Alberto de Drapano ísulæ siciliæ dicti ordís dum í humáis ageret ꝓfessori in cuius honoré & reuerétiam plura altaria & ecclesiæ ut idé prior asseruit edificatæ fuerunt ac eius crebrescétibus miraculis publico lōgo tpe per christi fideles tam in eorundem fratrum q̄ ét in aliis ecclesiis nulla tñ secūdū ritum romañ ecclesiæ præcedéte canonizatione ꝑces & suffragia publicæ ꝑsoluuntur eadé reuerétia & deuotio ut præmittitur sine alicuius peccati labe & trāsgressionis nota ac cōscientiæ scrupulo per eos atq; alios christi fideles fieri possit continuari quousq; per ecclesiá aliud solénius decernat quæ oía cū sic ut ꝑmittit uere & recte sint acta ad cuiuslibet noticiá deducimus & deducéda fore cēsemus. In quoꝝ testimoniū pñtes litteras p secretariū nrm̄ ífrascriptū fieri iussimus & nr̄i sigilli fecimus appésióe cōiri. Datū romæ í domibus nr̄æ residétiæ apd̄ sctm̄ apolíaré die. xv. mēsis octobris āno icarnatōis dñicæ millesimo q̄drigétesimo qnq̄gesimo septio pontificatus eiusdé dñi nostri anno tertio. Nulli ergo oíno hoím liceat hác pagíná nr̄æ approbatōis cōfirmatōis suppletioñ cōstitutioñ & uolūtatis ífriger uel ei ausu temerario cōtraire. Si qs ar̄ hoc attéptar̄ ꝑsūpserit ídignationé oipotétis dei & btoꝝ pe. & pa. aplóꝝ eius se nouerit icursuꝝ. Datū ro. apd̄ sctam ma. maio. āno icar. dñicæ. m. q̄drigéte

ſimo ſeptuageſimo ſexto pridie chal.iunii pontificatus noſtri anno quinto. Bulla sixti quarti

Sixtus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei ad perpetuam rei memoriã Dum attentã medi
tatione penſamus q̃ glorioſiſſima dei genitrix maria uirgo uenuſtiſſima & oium uir
tutũ floribus inſignita: cuius ineffabilẽ pulchritudinẽ ſol & lũa mirant᷑: cuiuſq; p̃cibus
iuuatur populus chriſtianus: & quæ florẽ p̃cioſiſſimum imarceſſibilẽ & æternũ do-
minum nr̃m ieſum chriſtũ imenſa ſancti ſpiritus cooperãte uirtute genuit: ꝓduxitq; ſacrũ or-
dinem beatæ mariæ de mõte carmeli a ſancta ſede apoſtolica & pluribus romaň põtificibus p̃-
deceſſoribus nr̃is & etiã a nobis multiplr approbatũ: quẽ eiuſdẽ glorioſiſſimæ dei gẽitricis ſpq;
uirginis mariæ ſpãli titulo uoluit inſigniri: ut ob eiuſdẽ uirginis reuerẽtiã ordo ipſe a xp̃i fideli-
bus merito per amplius ueneraret᷑: ipſiq; fideles ꝓpterea eiuſdẽ uirginis mariæ ſuffragiis adiuti
æternæ retributionis p̃mia facilius cõſequi mererent᷑: dũq; ſublimiũ dicti ordinis utriuſq; ſe-
xus pſonarum uirtutũ merita deo q̃dem grata & in cõſpectu prædictæ ſedis accepta digna me
moria recẽſemus: ac ordinem ipſum & illius perſonas ſub ſedis apoſtolicæ & eccleſiæ romanæ
protectione imediate exiſtẽtis: & inter cæteros regulariũ ordinum profeſſores in firmamento ca-
tholicæ fidei militãtes: tã q̃ religionis ſpeculũ & exẽplar ſpãli charitate fulgentes: ſanctorũq; pro
phetarũ heliæ & helyſei & henoc: necnon & aliorum ſanctorum patrum qui montẽ ſanctũ carmeli
iuxta helyæ fontẽ inhabitarũt ſucceſſionẽ hæreditariã tenẽtes: fructus quoq; uberes quos di-
ctus ſacer ordo in agro militãtis eccleſiæ in ꝓpagatione religionis & fidei ortodoxe hactenus ꝓ
duxit utiliter: & ꝓducit ac in futurum ꝓducturũ fore indubitãter ſperamus paterna charitate
intuemur. Dignũ: quin potius debitum reputamus nos ad illa noſtros debere dirigere cogita-
tus: per quæ ea quæ pro diuini cultus gloria & dicti ordinis incremẽto ac chriſti fidelium ani-
marũ ſalute a q̃pluribus romaň pontificibus prædeceſſoribus nr̃is cõceſſa dicunt᷑ ſublatis am-
biguitatibus quæ exinde emerſiſſe noſcunt᷑ in ſua integritate pſiſtãt: & tãto firmius obſeruentur:
quãto erũt ſæpius p̃dictæ ſedis munimie ſtabilita. Sane ſicut exhibita nobis nuper ꝓ pte dilecti
filii Chriſtofori martignoni dicti ordinis generalis magiſtri ac ſacræ theologiæ ꝓfeſſoris peti-
tio continebat: licet multi romaň põtifices p̃deceſſores noſtri ob reuerẽtiam glorioſiſſimæ & i
temeratæ dei genitricis ſpq; uirginis mariæ de mõte carmeli: & ſingularem deuotionem quã ad
illam & prædictum ordinẽ ſub eiuſdẽ dei genitricis mariæ titulo ſpãliter inſignitum geſſerũt di
uerſas idulgẽtias: & peccatorum remiſſiones: ac priuilegia: & indulta ipſi ordini & illius domi-
bus conceſſerint: quæ in eiſdẽ domibus ſunt recepta & quorum cõtinẽtia in publicis ſcripturis
& dicti ordinis eccleſiis apertiſſime reperitur: ſub hac uidelicet uerborum forma. ❡ Leo papa.iii.
oĩbus chriſti fidelibus qui eccleſias btẽ dei genitricis mariæ de monte carmeli huiuſmodi in fe
ſtis natiuitatis dominicæ: paſchæ: apoſtolorum petri & pauli: pẽthecoſtes. aſſumptiõis: natiuita
tis: annunciationis: purificationis eiuſdem beatæ dei genitricis mariæ: ſancti michaelis archan-
geli: oĩum ſanctorum. In duobus feſtis ſanctæ crucis. Natiuitatis ſci ioãnis baptiſtæ. Scõtũ martyrum
fabiani & ſebaſtiani: & in die paraſceues: & per oct. prædictarum feſtiuitatum: a uocabulis om
nium eccleſiarum dicti ordinis deuote uiſitarẽt: & pias elemoſynas largiti forent: ſeu domos cõ
fractas eiuſdem ordinis reficerent: ſeptem annos & duodecim quadragenas. ❡ Et adrianus.ii.
Stephanus.v. Sergius.iii. Ioannes.x. & Ioannes.xi. Sergius.v. & Innocẽtius quartus qui dictum or
dinem cõfirmauit omnibus chriſti fidelibus uere pœnitentibus contritis & confeſſis qui prædi
ctas eccleſias pie uiſitarẽt in prædictis feſtiuitatibus: & earũ octauis: ſeu qui domos fractas eiuſ-
dem ordinis reficerent: uel pro fabricis ipſarum eccleſiarum munera darent: uel confratriam di
cti ordinis aſſumerent: & eam intrarent: aut calicem pro miſſis celebrandis: uel tobalias ſeu map
pas erogarent: uel qui in præmiſſis aut in quolibet præmiſſorum manus porrigerent adiutrices
uel qui in ſuis ultimis teſtamentis aliquid legarent: tertiam partem omnium peccatorum in do
mino relaxarunt. ❡ Item Clæmens.iii. Alexander.ii. Gregorius.v. & Gregorius.viii. in prædictis
feſtis & in quolibet eorundem ſimilem gratiam largiti ſunt. ❡ Item Clæmens quartus eiſdem
chriſti fidelibus qui p̃dictas eccleſias quater in anno uiſitarent uidelicet in quattuor feſtiuitati-
bus eiuſdem dei genitricis mariæ triginta annos & totidem quadragenas pie conceſſit. ❡ Item
in priuilegio generali lucii papæ quarti remittuntur ab eodem peccata leuia: offenſa parentũ:
negligẽtiæ uotorum fractorum: dum tñ fractor ad uota rediret: & male acq̃ſita ſi neſcit᷑ cui reſti-
tui debeãt dũmõ p̃dictis locis ſeu illorum cõuẽtibus aſſignentur. ❡ Demũ Innocẽtius.iiii. & Gre
gorius.viii: cõtulerũt qualibet die cuilibet dicẽti Pater noſter & Aue maria in dictis eccleſiis ſe
mel pro uiuis & defunctis quadraginta dies indulgentiarum. ❡ Rurſus honorius decimus &

Nicolaus.iiii.romañ pontifices oĩbus uere pẽitentibus & manos adiutrices prædictis domibus
porrigentibus:& illarũ fratribus oĩum peccõrũ suoꝝ ueniã polliciti fuerũt.¶ Insuper Honorius
ix.oĩbus uere pœnitẽtibus & cõfessis dicti ordĩs ecclesias uisitãtibus:seu manus illis adiutrices
porrigẽtibus quadragĩta ãnos & totidẽ q̈dragẽas de iniũctis eis pœnitẽtiis uidelicet ĩ festo uo
cabuloꝝ ipsarũ ecclesiaꝝ:& ĩ die sctõ parasceues:necnõ in die sctẽ crucis:ac ĩ festiuitatibus nati
uitatis annũciationis purificationis & assumptionis btẽ dei genitricis mariæ misericorditer in
dño relaxauit:& cõcessit.¶ Vlterius Benedictus papa.x.oĩbus uere pœnitẽtibus & cõfessis qui
ter in septimana uidelicet quadragesimali tpe scda q̈rta ac sexta feriis:& ẽt in festis uocabuloꝝ
oĩum ecclesiaꝝ dicti ordĩs:necnõ diebus sabbatis ob btẽ dei genitricis reuerẽnam:& in diebus
dominicis pie uisitarẽt:quadragĩta ãnos & totidẽ quadragenas:& oĩum pctõꝝ septimæ partis
remissionẽ in dño relaxauit:oẽs iodolgẽtias & pctõꝝ remissiones a suis p̃decessoribus romañ
põtificibus dicto ordini concessas ĩ diebos & ĩfestis p̃dictis duplicãdo.¶ Itẽ Ioãnes.xxii.oẽs in
dulgentias & peccatorum remissiones a romañ põtificibus p̃decessoribus suis dicto ordini con
cessas cõfirmauit:ac quadragĩta annos & totidem quadragenas de iniunctis pœnitẽtiis uniuer-
sis christi fidelibus dicti ordinis ecclesias ĩ qualibet solemnitate quattuor festiuitatũ beatæ dei
genitricis mariæ uidelicet natiuitatis ãnunciationis purificationis & assumptionis cõtritis & cõ
fessis ĩ dño pia largitione cõcessit.¶ Successiue Vrbanus papa.v.omnes indulgentias similiter a
suis p̃decessoribus dicto ordini cõcessas cõfirmauit:atq; in festo annunciationis beatæ mariæ
dicti ordinis ecclesias uisitantibus septem annos:& duodecim quadragenas in domino relaxa-
uit.¶ Postremo Nicolaus papa.v.omnes indulgẽtias & peccatoꝝ remissiones ac omnia priuile-
gia dicto ordini a supradictis romañ pontificibus prædecessoribus suis in prædictis diebus &
festis concessas & concessa motu proprio duplicando cõfirmauit:atq; annos septem & totidem
quadragenas ĩ domino relaxauit:tñ sicut præfati Christofori generalis dicti ordinis magistri re
laxatione nuper accepimus pro eo quod pp singularitatem priuilegiorum originales desuper lit
teræ ad manus generalis prædicti nõ peruenerũt nec de illis aliter q̃ ut præfertur doceri potest
circa litteras & priuilegia huiusmodi eorũq; uim & efficaciam nõnulla dubia sunt exorta aliaq;
in dies suboriri formidãtur:nisi per nr̃æ prouidẽtiæ studium super hoc prouideatur oportune.
præsertim cum ex iniuncto desuper nobis apostolicæ seruitutis officio ad nos spectet singuloꝝ
ordinum cõmodis iuigilare:& quãtum ualeamus oĩum aĩas altissimo lucrifacer̃. Cupiẽtes itaq;
ut indulgẽtiæ ac singulæ prædecessoꝝ nostroꝝ litteræ dicto ordini ac eius domibus & eccle-
siis concessæ sublatis quibuscũq; hesitationum obstaculis inuiolabiliter obseruẽtur:eisq; prout
cõcessa dicũtur indubia fides adhibeatur:deuotioq; uniuersi populi crescat & augeatur:atq; di
cti ordinis ecclesiæ domus ac cõuentus cõseruenẽ:edificentur:& in eorum edificiis amplientur
restaurentur:& reparentur:prædictorum & aliorum plurimorum romañ põtificũ prædecesso-
rũ nostrorũ qui ordinẽ prædictũ uariis priuilegiis nõ ĩmerito decorarũt:& quem etiam nos di
uersis aliis gratiis ac priuilegiis gratiosissimæ & liberaliter ornauimus uestigiis inherẽdo motu
proprio nõ ad ipsius Christofori generalis magistri:aut alicuios dicti ordinis gloriosissimæ dei
genitricis sempq; uirginis mariæ de mõte carmeli professorum uel alterius pro eis nobis super
hoc oblatæ petitiõis ĩstantiam: sed de nr̃a mera uolũtate ac deliberatioñ & ex certa nr̃a sciã sin
gulas ĩdulgẽtias non tñ plẽarias ac alias spirituales:& tpales grãs:a p̃dictis seu quibusuis aliis ro
mañ põtificibus prædecessoribus nr̃is dicto ordini beatæ mariæ de monte carmeli & illius do
mibus ecclesiis:ac personis:in genere:uel in specie quomõlibet cõcessas : quaꝝ oĩum tenores &
effectus ac si de uerbo ad uerbũ p̃ntibus ĩsererenẽ hic hẽri uolumus p sufficiẽter expssis aucto
ritate apostolica tenore præsentium in suo robore suaq; firmitate cõfirmamus approbamus: &
innouamus ac de nouo cõcedimus:supplẽtes oẽs & singulos defectus:si q forsan quoquomodo
interuenerint ĩ eisdẽ.Et qm̃ inter sctõꝝ & sctãꝝ solẽnia gloriosissimæ dei genitricis mariæ solẽ-
nitates & festa nũero septẽ uidelicet ãnũciatioñ uisitatioñ:assũtioñ natiui.cõceptioñ:p̃ñtatioñ.
& purificatioñ ac ea q̃ ĩ honorẽ sui noĩs dedicata sunt loca:eo solẽnius a xp̃i fidelibus cõuenit
uenerari quo ipsa de utero matris suæ procedens scda uirtutibus & spũ sctõ repleta caliginanti
mundo ignorantiæ tenebris obducto:& etiam populo in tenebris ãbulãti habitantibusq; ĩ re-
gione umbræ mortis lucẽ ineffabilem uidelicet dñm nr̃m iesum christum redẽptorem oĩom
eiusdem spiritus sancti coopante uirtute ex suis purissimis uisceribus genuit:& ab angelo anoũ-
ciata inter omnes mulieres benedicta prædicatur:& congrue incõparabiliter uirgo maria bene
dicta dr̃:quia mr̃ filii dei effecta suscepit gloriam:& integritatis suæ seruauit coronam : & ue

ræ est benedicta in mulieribus: quæ sine exemplo muliebris conditionis cum decore uirginitatis gauisa est honore parentis. Iccirco affectátes ut omnes & singulæ ecclesiæ in honore & sub inuocatione nominis eiusdem gloriosissimæ dei genitricis mariæ de mõte carmeli per uniuersum orbem fundatæ: & cõstructæ: ac deinceps quæ diuina ánuéte clæmétia edificabunt: & cõstruétur: cõgrua deuotiõe a christi fidelibus uenerétur: ac quæ imperfectæ sunt ad operis complemétum deducantur: & completæ cõseruentur: nec nõ paramentis & aliis ad diuinum cultum inibi necessariis debite ornentur. Ipsiq; christi fideles in uniuerso orbe constituti ad easdem ecclesias nunc & pro tempore existentes eo libétius cõfluát: & ad emptionem ornamentorum huiusmodi necnon earúdem ecclesiarum cõplemétum cõseruationem: & diuini cultus inibi augmétum manus promptius porrigát adiutrices: quo ex hoc ibidem dono cœlestis gratiæ uberius cõspexerint se refectos de omnipotétis dei misericordia: ac præfatorum petri & pauli apostolo⁊ eius auctoritate cõfisi: oĩbus xpi fidelibus uere pœnitétibus & cõfessis: qui ĩ cõceptioñ: pñtatioñ: natiuitatis: annũciationis: purificationis: uisitationis & assumptionis dictæ gloriosissimæ dei genitricis mariæ festioitatibus a primis uesperis usq; ad occasum solis dierũ festiuitatum huiusmodi dicti ordinis de mõte carmeli per dictas ecclesias ubilibet cõstitutas: nec nõ p septem dies p̃dctãs festiuitates ĩmediate seqntes: ac ẽt ĩ diebus uocabulo⁊ earũdẽ eccliã⁊ deuote uisitauerit annuatim: ac ad p̃missa uel ea⁊ aliqua manus porrexerit adiutrices trigĩta annos & totidẽ quadragenas de iniũctis eis pœnitẽtiis misericorditer ĩ domino relaxamus: præsentibus ppetuo ualituris. Et quia difficile admodũ foret pñtes lr̃as ad singulas puĩcias & loca originalr̃ destinare: uolumus & dicta auctoritate decernimus: q. trãsumptis ea⁊ mãu notarii publici sobscriptione: & p tpe exĩstẽtis p̃dicti ordĩs ptectoris: uel alicuius archiepãlis: seu epãlis aut gñal' auditoris cãrum cameræ apostolicæ: uel alterius ecclesiasticæ curiæ seu dicti ordĩs generalis magistri sigillo munitis ea prorsus in iudicio & extra ubicunq; exhibita fuerit uel ostẽsa fides adhibeatur indubia: ac si ipse originales litteræ forẽt exhibitæ: uel ostensæ. Nulli ergo oĩno hominũ liceat hãc paginam nr̃æ cõfirmatõis approbatioñ ĩnouatioñ cõcessionis suppletioñ relaxatioñ constitutioñ & uolũtatis ĩfrĩge uel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attemptare p̃sumpserit indignationem omnipotẽtis dei & beato⁊ petri & pauli apostolo⁊ eius se nouerit incorsurum. Datum romæ apud sanctum petrum anno incarnatioñ dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo chal. aprilis pontificatus nostri anno sexto. *Bulla Sixti quarti exemit prorsus,*

Sixtus eps̃ seruus seruo⁊ dei dilectis filiis magistro generali & uniuersis fratribus sacri ordinis gloriosissimæ dei genitricis semperq; uirgĩs mariæ de monte carmeli præsentibus & futuris salutem & apostolicam beñ. Sacer ordo uester ĩ agro dominico diuina dispositione plantatus & gloriosissimæ dei genitricis mariæ titulo specialiter insignitus apostolicis gratiis digne meretur attolli Cum illius professores relegatis a se mundanis illecebris celestium contemplationi uacantes insistunt iugiter profectibus animarum ppter quæ ad dictũ ordinẽ a pluribus romañ põtificibus p̃decessoribus nostris & etiã a nobis multipliciter approbatum apostolicæ cõsideratioñ ĩtuitum dirigẽtes ad ea libẽter ĩtendimus p quæ professores ipsi nullum internæ pacis patiantur excidiũ nullũq; religionis status perfetant detrimẽtum sed ab omni molestia liberi eo deuotius diuino cultui ac salutis intẽdant operibus quo status eo⁊ quietior fuerit ipsiq; ampliori cognoscãtur libertate dotari. Sane licet dudum fe. re. Ioãnes papa. xxii. prædecessor nr̃ uos & ordinẽ uestrũ p̃dictũ ac ecclesias oratoria domus & loca quecũq; tũc & pro tẽpore existẽtia ad eũdem ordinem spectãtia cum ĩ eis degẽtibus utriusq; sexus personis ac oĩbus rebus bonis iuribus & ptinẽtiis suis ĩ ius & proprietatẽ beati petri apostolo⁊ principis ac sanctæ sedis apostolicæ assumpserit uosq; & illa a cuiuscũq; diocesani & alterius potestate iurisdictione ac dominio in perpetuum prorsus & omnino exemerit decernẽdo ex tunc uos & ordinem ipsum necnõ ecclesias oratoria domos & loca præfata cum personis rebus bonis iuribus & pertinentiis supradictis soli romañ pontifici & dictæ sedi tam in spiritualibus q̃ ĩ temporalibus absque ullo medio subiacere ita q. nec locorum ordinarii nec alia quæuis ecclĩastica psona in uos & ordinẽ ac ecclĩas oratoria domos loca psonas res & bõa p̃dicta utpote prsus exẽpta possent excoĩcatõis suspeñ aut ĩterdicti sñias pmulgare uel als ptãtẽ seu iurisdictionẽ aliquã exercere qđ si forsan cq̃ ĩ cõtrariũ a quoq̃ attẽptatũ foret illud oĩno eẽt irritũ & inane postmodũ ẽt bonæ memoriæ Clæmẽs papa. vi. similiter prædecessor nr̃ uobis & successoribus ur̃is ppetuo ĩdulserit ut p̃fati Ioãnis prædecessoris exẽptiõe in suo robore pmanẽte ẽt coñ quibusuis diocesanis & locorum ordinariis ratione delicti cõtractus seu rei de qua ageretur

conueniri uel ipeti nullatenus possetis piæ memoriæ Innocētii pp.iiii.etiam prædecessoris nostri & aliis constitutionibus apostolicis cōtrariis nō obstantibus quibuscūq; Decernēdo ex tūc similiter irritum & inane si secus super his a quoq̃ quauis auctoritate scienter uel ignoranter cōtigerit attēptari. Tamen sicut nobis dilectus filius Christoforus martignonus modernus sacri ordinis uestri generalis magister nuper exposuit nōnulli inquisitores hæreticæ prauitatis etiam mendicantium ordinum professores in diuersis mundi partibus constituti minus ueraciter asserentes quosdam uestri ordinis etiam sacræ theologiæ professores seu bachalarios res uesanas & fidei articulis contrarias in suis sermonibus aut disputationibus affirmate uos & professores huiusmodi uestros propterea multipliciter uexare & contra eos inquirere ac procedere exquisitis mediis non uerentur in ipsius uestri ordinis uilipendium & uestrum non modicum detrimentum: Quare dictus Christoforus nobis humiliter supplicauit ut uobis uestroq; statui & quieti super his oportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur attētis exemptione & indulto præmissis ac ex certis aliis rationabilibus ad id animum nostrum inducentibus causis huiusmodi supplicationibus inclinati uos omnes & singulos ac qui nūc sunt & pro tempore erunt eiusdem uestri ordinis professores ab omni iurisdictione dominio & potestate eorundem inqoisitorum similiter nunc & pro tempore existentium auctoritate opostolica tenore præsentium prorsus & omnino eximimus ac perpetuo libetamus ita q; deinceps huiusmodi hæreticæ prauitatis inquisitores etiam ordinū mendicantium supradicta aut alia quauis occasione uel causa contra uos aut dicti ordinis uestri persouas nullatenus inquirere procedere aut iurisdictionem aliquam in uos exercere quoquomodo ualeant sub excomunicationis latæ sententiæ poena quam quilibet contrafaciens eo ipso incurrat. Sed teneamini solum corā nobis & successoribus nostris romañ pontificibus canonicæ intrantibus aut dicti ordinis uestri protectore uel curiæ causarum cameræ apostolicæ generali auditore in causis fidei aut officium inquisitorum eorundem cōcernentibus de iure respondere cum prædicatorum & minorum ordines dicantur similibus priuilegiis insigniti decernentes ex nunc irritum & inane si secus super his a quoq̃ quauis auctoritate etiam apostolica scienter uel ignoranter contigerit attēptati. Et nihilominus nunc & pro tempore existenti dicti ordinis uestri protectori omnibusq; & singulis prælatis & aliis personis ecclesiasticis in dignitate constitutis. Nec non cathedralium ecclesiarum etiam metropolitañ canonicis per apostolia scripta mandamus quatenus ipsi & quilibet eorum per se uel alium seu alios dum & quotiēs opus fuerit ac super hoc pro parte uestra respectiue fuerint requisiti uobis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes ac præmissa omnia & singula ubi & quando expedire cognouerint solemniter publicātes non permittant uos uel aliquem uestrum contra præsentium tenorem per quoscunq; inquisitores quomodolibet ingetari seu molestari sed eos omnes & singulos quos eis cōstiterit huiusmodi excomunicationis sententiam incurrisse quotiens super hoc pro parte uestra aut alicuius uestrum fuerint requisiti in ecclesiis & aliis locis ubi eis uidebitur excomunicatos publice denunciēt & ab aliis denunciari ac ab omnibus artius euitari faciant donec debita satisfactione prīa meruerint ab eadem excomunicationis sententia absolutionis beneficium ubtinere. Contradictores per censura ecclesiasticam appellatione postposita compescendo non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis etiam illis quæ in litteris quas ordinibus minorum & prædicatorum confirmauimus & quas uulgus mare magnum appellat continentur. Nec non prædictorum inquisitorum ēt mēdicantiū & eorum ordinū iuramēto confirmatione apostolica uel quauis alia firmitate roboratis statutis cousuetudinibus priuilegiis & indultis q̃bus oībus ēt si de illis eorūq; totis tenoribus specialis specifica & expræssa mentio pn̄tibus hn̄da foret tenore præsentium quo ad præmissa derogamus & illa pro infectis haberi uolumus contrariis quibuscunq;. Aut si inquisironbus & eorum ordinibus prædictis uel quibusuis aliis comuniter uel diuisim a sede prædicta īdultum existat quod interdici suspendi uel excomunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem & qualibet alia dictæ sedis īdulgentia gn̄ali uel speciali cuiuscunq; tenoris existat per quam præsentibus nō expressam uel totaliter nō īsertā effectus earum impediri ualeat quomodolibet uel differri & de qua cuiusq; toto tenore habenda sit in uestris litteris mentio specialis. Cæterum quia difficile admodum foret præsentes litteras ad singulas prouincias ac loca originaliter destinare uolumus & dicta auctoritare decreuimus q; trāsumptis earum cum præsentibus debite collationatis ac manus notarii publici subscriptione necnō pro tempore existentis

dicti ordinis protectoris aut alicuius archiepiscopalis seu episcopalis uel prædicti generalis auditoris causarum cameræ apostolicæ seu alterius ecclesiasticæ curiæ sigillo munitis ea prorsus in iudicio & extra iudicium ubicunq; exhibita fuerint uel ostensa fides adhibeatur indubia ac si ipsæ originales litteræ forét exhibitæ uel ostensæ. Nulli ergo omnino hoim liceat hác paginá nostræ exeptionis liberatiōis cōstitutiōis mádati derogatiōis uoluntatis & decreti infringere uel ei ausu temerario cōtraire. Si quis aūt hoc atteroptare p̄sumpserit indignationé oipotentis dei & beatorum petri & pauli apostoloꝝ eius se nouerit incursuꝝ. Datum romæ apud sanctum petrum anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo Decimo calendas Septembris Pontificatus nostri anno sexto.

Post quarum quidē litterarū apostolicarū præsentatioū & receptioñ nobis & p nos ut præmittit factus fuimus per p̄fatum reuerendū patrē dñm & magistrū Christoforū martignonū supradicti ordinis generalē magistrū etiā noibus qbus supra debita cum instátia requisiti quatenus ad executioné dictarū litterarū apostolicaꝝ & cōtétoꝝ in eisdem pcedere curaremus iuxta traditá seu directam per eas a sede apostolica nobis formam. Nos igitur Ioannesalouisius auditor iudex & executor p̄fatus uolentes mádatū apostolicū supia dictum nobis in hac parte directū reuerenter exequi ut tenemur. Iccirco auctoritate apostolica nobis cōmissa & qua fungimur in hac parte p̄fatas litteras & húc p̄sentem nostrū processum ac omnia & singula in eis cōtenta uobis oibus & singulis supradictis coiter uel diuisim intimamus, insinuamus & notificamus ac ad urám & cuiuslibet uestrū noticiam deducimus & deduci uolumus per p̄ńtes. Et nihilominus uos dominos patriarchas archiepiscopos episcopos uicarios officiales rectores p̄dictos omnesq; alios & singulos supradictos in dictis litteris apostolicis nominatos & descriptos tenore p̄sentiū requirimus & monemus primo secundo tertio & peremptorie coiter & diuisim uobis & uestrū cuilibet insolidū in uirtute sanctæ obedientiæ & sub pœnis infrascriptis districte p̄cipień mádań qtéus ifra sex dierū spatiū post p̄ńtationē seu notificationē p̄dictarū litteraꝝ ap̄licaꝝ & p̄ńtis nostri pcessus ac regsitioné uobis seu alteri uřm p pte magistri generalis fratrū & pfessoꝝ p̄dictoꝝ uel alterius eorū sup hoc factas imediate sequeń. Quorum sex dierū duos pro primo duos pro secūdo & reliquos duos dies uobis uniuersis & singulis supra dictis pro tertio & pemptono termino ac monitioñ canonica assignamus Magistrū generalé fratres pfessores & eoꝝ quélibet priuilegioꝝ & cōcessionū in p̄insertis litteris cōtentoꝝ iuxta formam & tenoré earūdé litteraꝝ nec nō uoluntaté dicti dñi nostri papæ ut in dictis suis innouatiōis approbatiōis cōstitutiōis ordiatiōis applicatiōis statuti cōcessiōis idulti extésiōis uolūtatis ampliatiōis declaratiōis ɔfirmatiōis suppletōis mádati derogatōis & decreti p̄insertis litteris apostolicis cōtineť pacifica uel quasi possessiōe gaudere debere Nec uos seu alter uřm executores testamētoꝝ ultiaꝝq; uolūtatū cōtra tenoré eaꝝ i aliquo molestetis nec aliq̄ grauamia iniurias seu dána iferatis seu quólibet irrogetis. Nec uos uł alter uřꝫ molestet nec iniurias dána seu grauamia aliqua hmōi inferat irroget nec iferri seu irrogari quoquomodo pmittatis seu aliquis uřm pmittat quominus fratres & pfessores hmōi pacifica possessiōe priuilegioꝝ & cōcessionū p̄dictorum in singulis in eis cōtentis ac in oibus & per oia pacifice gaudeant & utanť ac qlibet eoꝝ pacifice gaudeat & utaŕ put idé sanctissimus dñs noster papa in p̄insertis suis litteris uoluit & mandauit, seu uult & mandat. Quod si forte p̄missa oia & singula nō adimpleueritis mádatisq; & monitionibus nřis huiusmodi immo uerius apostolicis nō paruetitis cū effectu. Nos iti uos oés & singulos supradictos qui culpabiles fueritis in p̄missis & generaliter in contradictores quoslibet & rebelles ac impedień ipsum magistrū generalem & fratres p̄dictos seu eoꝝ aliqué aut sindicos uel pcuratores eoꝝ soper p̄missis in aliquo ac ipsos impedień dátes auxiliū consiliū uel fauorem publice uel occulte directe uel indirecte quouis quesito colore cuiuscunq; dignitatis status gradus ordinis uel cōditionis existant ex núc put ex tunc & ex túc put ex nunc singulariter in singulos p̄dicta canonica monitione p̄missa excoicatiōis In capitula uero cōuētus & collegia quæcunque in hiis forsan qđ absit delinquétia suspensioń a diuinis & in ipsorum delinquétium ecclesias monasteria & capellas interdicti ecclesiastici sentétias ferimus in hiis scriptis & etiam pmulgamus. Vobis uero reuerendissimis & reuerendis dñis patriarchis archiepiscopis & epis p̄fatis dūtaxat exceptis quibus & uřm cuilibet ob reuerétiá uestraꝝ pōtificaliū dignitatū deferimus in hac parte si cōtra p̄missa uel aliquod p̄missoꝝ feceritis p uos uel submissas psonas p̄dicta sex dieꝝ canonica monitiōe p̄missa ingressus ecclesiaꝝ iterdicimus in hiis scriptis. Si uero hmōi iterdictū p alios sex dies p̄fatos sex imediate sequeń sustinueritis uos & quélibet uřm in hiis scriptis simili cáo-

nica monitione præmissa suspendimus a diuinis. Verum si præfatas interdicti & suspensiõ sen-
tentias p alios sex dies pfatos duodecim dies ĩmediate seqntes aĩs qđ absit sustinueritis ĩdurati
uos & quẽlibet urm in hiis scriptis eadẽ canonica monitiõe pmissa excoiationis sñia auctoritate
apostolica ĩnodamus. Cæterũ cũ ad executionẽ pmissoꝝ ulterius faciẽdã quo ad pñs psonaliter
ĩteresse nequeamus q̃plurimis aliis arduis in romañ curia legitime ppedin negociis. Vniuersis &
singulis abbatibus prioribus pposiris decanis diaconis archidiacõis cãtoribus succẽsoribus the-
saurariis scolasticis sacristis custodibus & tã cathedraliũ q̃ collegiataꝝ ecclesiaꝝ canonicis pleba
nis uiceplebanis archipsbyteris uicariis psbyteris clericis notariis & tabelliõibus publicis qbusc
cunq; p quascũq; ciuitates & dioce. & puincias in diuersis mundi ptibus ac aĩs ubilibet cõstitu
tis & eoꝝ cuilibet ĩsolidũ sup ulteriori executiõe dicti mãdati apostolici atq; nři faciẽda aucto-
ritate apostolica tenore pñtium plenarie committimus uices nřas donec eas ad nos spãliter & ex
presse duxerimus reuocãdas quos & eoꝝ quẽlibet insolidũ eisdẽ auctoritate & tenore reqrimus
& monemus primo secũdo tertio & pemptorie coĩter & diuisim eisq; nihilominus & eoꝝ cuili-
bet in uirtute sanctæ obediẽtiæ & sub excoĩcatiõis pœna quã ĩ eos & eoꝝ quẽlibet nisi infra sex
dies postq̃ pro pte magistri generalis fratrũ & pfessoꝝ pdictoꝝ fuerint reqsiti seu alter eoꝝ sup
hoc fuerit reqsitus ĩmediate sequeñ quos dies eis & eoꝝ cuilibet p tertio & pemptorio termio
ac monitione cãonica assignamus fecerintq; eis in hac parte cõmittimus & mãdamus pdicta ca-
nonica monitiõe pmissa ex nũc put ex tũc & e cõtra ferimus in hiis scriptis districte pcipien mã
dañ q̃tenus ipsi & eoꝝ singuli qui sup hoc ut pmittit fuerint reqsiti seu fuerit reqsitus. Ita tñ qđ
in hiis exequẽdis alter eoꝝ alteꝝ nõ spectet nec unus p alio seu p aliũ se excuset. Ad uos domi-
patriarchas archiepos epos uicarios officiales & rectores prædictos oẽs alios & singulos supradi
ctos psonasq; & loca alia de qbus expediẽs fuerit psonaliter accedãt seu accedat. Et pfatas litte-
ras apostolicas huncq; pñtẽ nřm pcessum ac oĩa alia & singula in eis cõtenta uobis omnibus &
singulis coĩter uel diuisim legãt intimẽt ĩsinuẽt & fideliter publicare pcurẽt ac Magrm generalẽ
& fratres & eoꝝ quẽlibet iuxta formã & tenorẽ pinsertarũ litteraꝝ apostolicaꝝ & pñtis nři pro
cessus exẽptionũ cõcessionũ in pñtis litteris aplicis cõtẽtoꝝ pacifica possessione gaudere faciant
nec executores testamẽtoꝝ seu ultimaꝝ uolũtatũ molestẽt nec aliqua grauamina iniurias seu dã
na inferãt seu quoquomodo irrogẽt nec in aliquo molestari seu pturbari pmittãt nec aliquis eo-
rum molestet nec pturbari pmittat. Et si forsan qđ absit uos dñi patriarchæ archiepiscopi episco
pi uicarii officiales & rectores pdicti pcessibus monitiõibus reqsitionibus & mãdatis nostris hu
iusmodi ĩmo uerius apostolicis parere & obedire neglexeritis aut recusaueritis pœnas cẽsuras &
sñias pdictas in uos ut pmittitur latas dãnabiliter incurrẽdo ex tunc subdelegatis nřis prædictis
sub dicta excoĩationis pœna cõmittimus & mãdamus q̃tenus singulis diebus dñicis & aliis festi
uis in suis ecclesiis monasteriis & capellis infra missaꝝ & aliaꝝ diuinaꝝ horarũ solẽtia ubi popu
li multitudo ad diuina audiendũ seu aĩs legitime cõuenerit ac aĩs ubi qñ & quotiẽs opus fuerit
& postq̃ p parte magistri generalis fratrũ seu aliquoꝝ eorũdẽ desup requisiti fuerint seu alter eo
rum fuerit reqsitus interdictos suspẽsos & excoĩcatos publice denũcient & ab aliis quãtum ĩ eis
fuerit denũciari & ab oĩbus christi fidelibus artius euitari faciant tãdiu & quousq; aliud a nobis
uel superiori nostro desuper habuerint in mãdatis. Si uero patriarchæ archiepiscopi episcopi ui-
carii officiales & rectores prædicti dictis interdicti suspensioñ & ex cõmunicatiõis sententias per
decem dies post illius denũciationem ĩmediate sequentes pertinaciter sustinuerint. Nos extunc
quia crescẽte cõtumacia & inobediẽtia crescere debet & pœna ne facilitas pœnæ audaciã tribuat
delinquẽdi pcessus nostros aggrauamus dictis subdelegatis nostris sub excomunicatiõis pœna p
dicta mandañ q̃tenus singulis diebus dominicis & festiuis in eoꝝ monasteriis ecclesiis & capel
lis infra missarum & aliaꝝ præscriptarũ horarũ solẽnia dictis interdicti suspensioñ & excomuni
cationis sententias reiterando & innouando eosdemq; sicut præmittitur interdictos suspensos
& excomunicatos denunciantes nominatim campanis pulsatis candelis accensis & demum ex-
tinctis & in terram proiectis crucæ erecta & religione inducta aquam benedictam aspergẽdo ad
fugandum demones qui eos detinent sic ligatos & suis laqueis cathenatos orando quod domi-
nus nř iesus christus eos ad catholicã fidẽ & sanctæ matris ecclesiæ gremiũ reducere dignaret.
Et ne eos in talibus peruersitate & duricia dies eorum finire permittat cum decantatione Respõ
sorii Reuelabunt cœli iniquitatem iudæ & cætera & psalmi Deus laudem meam ne tacueris &
cætera. Et hiis finitis ad ianuas ecclesiarum suarum una cum clericis & parochianis accedendo
& ad terrorem ut eo citius ad obedientiam redeant tres lapides uersus domos habitationum

suarum in signum maledictionis æternæ proiiciāt quam deus dedit dathan & abiron quos terra sustinere nō potuit sed iusto dei iudicio illos uiuos absorbuit. Etiā post missam & in uesperis & aliis qbuscunq; horis canonicis sermonibus & pdicatiōibus publicis solēniter publicēt & denunciēt & ab aliis quārū in eis fuerit publicari & denunciari & ab oībus christi fidelibus artius euitari faciāt donec a nobis uel supiori nostro aliud sup pmissis receperint in mandatis. Quod si forte patriarchæ archiepiscopi episcopi uicarii officiales & rectores pdicti mādatis & monitionibus nostris hmōi realiter & cū effectu nō paruerint. Vos illustrissimi & serenissimi Principes reges duces barones marchiōes comites uicecomites milites cæteriq; principes & dñi tpales in eisdem litteris apostolicis noīati ob honoré sanctæ sedis apostolicæ & dicti dñi nostri papæ reuerētiam auxiliū cōsiliū & fauorē subdelegatis nostris ad executiō pñtis nostri pcessus faciendā & ad iplédā pstetis & quilibet urm pstet uras regales maiestates & dñatiōes ad pfatā executionē efficaciter hmōi adimplēdā ut ad eosdē & quēlibet urm spectat & ptinet in dño exhortamur. Et nihilominus oīa alia & singula uobis in hac pte cōmissa plenarie exequant iuxta pdictaꝶ litterarum aplicaꝶ & pñtis nostri pcessus cōtinētiā & tenoré ita tñ qđ ipsi subdelegati nostri seu qcunq; alii nihil in piudiciū dictoꝶ magistri generalis fratrū & soroꝶ & utriusq; sexus professoꝶ uel pcuratorū eorū attēptare ualeāt quālibet uel imutare nec in pcessibus p nos habitis & sentētiis per nos latis absoluēdo uel suspendeñ. In cæteris aūt quæ eisdē magistro generali & fratribus & sororibus & oībus pdictis nocere possent ipsis & qbuslibet aliis ptātē oīmodā denegamus. Et si cōtingat nos sup pmissis i aliquo pcedere de quo uobis ptātē oīmodā reseruamus. Nō itēdimus ppterea cōmissionē nram hmōi i aliquo reuocare nisi de reuocatiōe ipa spālē & expssam i nris litteris fecerimus mētionē p pcessum aūt nrm hmōi nolumus nec intēdimus nostris in aliquo piudicare collegis quominus ipsi uel eorū alter seruato tñ hoc nostro pcessu in negocio hmōi procedere ualeāt put ipsis uł eorū alterius uisū fuerit expedire: pfatas quoq; lras aplicas & hūc pñtē nrm pcessum ac oīa & singula hmōi negociū rāgeñ uolumus penes magrm generalē uel fratres prædictos uel eoꝶ pcuratores remanere & nō p uos aut aliquē urm seu quēcunq; aliū ipsis inuitis quomodulibet detineri: cōtrariū uero facieñ pfatis nostris sentētiis prout in his scriptis latæ sunt prædicta canonica monitiōe pmissa ipso facto uolumus subiacere. Mādamus tñ copiā fieri de pmissis eā petētibꝫ & habere debētibus petētiū qdē sūptibus & expeñ: ab absoloñ uero oīum & singuloꝶ q pfatas nostras sñias uel eaꝶ aliquā incurrerint seu incurrerit quoquomō nobis uel superiori nostro tantūmodo reseruamus. Et insup attēdeñ qđ difficile foret preinsertas originales in forma qnterni litteras apostolicas ad singulas mūdi ptes deferre. Iccirco nos Ioannesalouisius auditor & dictæ romañ curiæ iudex ordinarius præfatus ad pnominati reuerēdi patris domini Christofori generalis magistri seu prioris et nomine quo supra scripto instātiā & requisitionem oēs & singulos sua comuniter uel diuisim interesse putātes eorūq; pcuratores siqui tūc erāt in romañ curia p eisdē ad uidendū & audiendū prædictas præinsertas litteras apostolicas dicti domini nostri Sixti papæ quarti corā nobis pduci & exhiberi illasq; transumi & exemplari & in hanc publicā formā redigi mandari aucturitatēq; & decretū dictæ curiæ & nostram ut moris ē interponi uel uidēdū & causas si quas haberēt rationabiles quare id minime fieri debebat allegādum p audientiā publicā litterarū cōtradictaꝶ dicti domini nostri papæ ut moris est citari fecimus & mādauimus ad certū pemptoriū terminum cōpeteñ: uidelicet ad diē & horam infrascriptas. quibus qdē diei & hora aduenientibus cōparuit in iudiciu legitime corā nobis dictus dominus magister christofurus martignonus generalis etiā noībus supra scripris & data p eū quadam citatioñ audiētiæ pargamēi cedula in pnominata audiētia litterarū contradictaꝶ lecta sigilloq; eiusdem audiētiæ sigillata & ut moris ē signata aliasq; inibi debitæ executiōi demādata citatoꝶ in eadē pgameni citatiōe cedula cōtētorū nō cōparētiū neq; hmōi diei termino in aliquo satisfacere curantiū cōtumaciā accusauit ipsosq; cōtumaces reputari & in eoꝶ cōtumaciā dictas originales litteras aplicas in forma qnterni & carta supra scripta uera bulla plūbea in filis sericeis rubei croceiq; coloris more romañ curiæ impendeñ bullaras sanas integras & illesas nō uiciatas nō cancellatas nec inaliqua sui pte suspectas sed oībus prorsus uiciu & suspitioū ut pfertur carentes coram nobis iterum exhibuit atq; produxit quas transumi & exemplari ac in publicam trāsumpti formā redigi mādari aucturitatemq; nostrā ordinariā & dictæ curiæ decretū ut moris est desuper interponi p nos debita cum instantia postulauit. Nos igitur ioannesalouisius auditur & iudex ordinarius præfatus dicti citati non compareñ neq; huiusmodi diei termino in aliquo satisfacere curantes reputauimus id suadente iustitia non immerito contumaces & in corūdem con

tumaciam attendeñ huiusmodi requisitionem fore iustam & rationi consonam. Quodq; iusta petenri non est denegandus assensus supradictas in forma quinterni litteras apostolicas iterũ ad manus nr̃as recepimus illasq; uidimus tenuimus palpauimus & diligẽter inspeximus. Et quia ipsas ut p̃mittit̃ sanas integras nõ uiciatas non cancellatas neq; in aliqua sui p̃te suspectas sed omni ꝓrsus uicio & suspitioñ cateñ repimus. Iccirco easdẽ litteras apostolicas supius de uerbo ad uerbum descriptas & præsentibus insertas ac cũ dictis originalibus litteris collationatas auscultatas & cõcordatas per ꝓuidũ uirũ magistrũ Cinciũ de uiterbio notariũ publicũ & dictæ curiæ causarum cameræ ap̃licæ scribã infrascriptũ trãsumi & exẽplari & in hãc publicã transumpti formam redigi fecimus & mãdauimus. Quibus oĩbus & singulis suprascripris tanq̃ rite & legitime factis & celebratis nr̃am & dictæ curiæ causarũ cameræ ap̃licæ auctoritatẽ interposuimus ordinariam & tenoræ p̃ntium interpõimus pariter & decretũ. Voleñ & auctoritate supradicta decernẽtes & mandañ ꝙ etiã huic præsenti in forma trãsumpti instrumẽto publico in iudicio & extra iudiciũ ac ubiq; locoꝝ & terrarũ detur & adhibeat̃ de cætero, & in anteã talis & tãta fides qualis & quãta ipsis p̃insertis litteris apostolicis originalibus corã nobis & per nos ut p̃mittitur exhibitis & receptis ac supius ut p̃mittitur descriptis & de uerbo ad uerbũ insertis ac fidelirer & diligẽter una cũ p̃ntibus nr̃is litteris & ꝓcessibꝫ ac trãsũpto publico auscultatis & collatiõatis data fuit & adhibita ac dat̃ & adhibet̃ dateturq; & adhiberet̃ si in mediũ ꝓducerent̃ & exiberent̃. In quoꝝ oĩum & singuloꝝ fidẽ & testimoniũ p̃missoꝝ p̃ntes litteras siue p̃ns publicũ instrumẽtũ in q̃dragintaquatuor foliis huiusmodi nr̃m ꝓcessum & trãsumptũ publicũ in se cõtinẽtes siue cõtinẽs exinde fieri & per notariũ publicũ & dictæ curiæ causaꝝ cameræ apostolicæ scribã supra & infra scriptum subscribi & publicari mãdauimus Sigilliq; dictæ curiæ quo in talibus utimur iussimus & fecimus appẽsione cõmuniri. Datũ & actum romæ in ecclesia beatæ mariæ rorũdæ pro loco audiẽtiæ causarũ apostolicæ specialiter deputata uobis inibi mane hora ipsius audieñ causarũ cõsueta ad iura reddend̃ & causas audiend̃ in loco nostro solito & cõsueto pro tribunali sedeñ Sub anno a natiuitate domini millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo in ditione decima Die uero lune uicesimaquarta mẽsis martii Pontificatus præfati sanctissimi in christo patris & domini nostri domini Sixti diuina prouidẽtia papæ quarti anno sexto Præsentibus ibidem prouidis & discrens uiris magistris Vesconte de uulteris & Bartholomeo de p̃istia ac Iacobo dominici & Ioanne de pistia notariis publicis dictæque curiæ causarum cameræ apostolicæ testibus ad præmissa uocatis specialiter & rogaris.

¶Bulla Iulii Secundi.



N nomine Sanctæ & indiuiduæ trinitatis patris & filii & spiritussancti Amen. ¶Nouerint uniuersi & singuli. Hoc præsens publicũ transumpti ĩstrumẽtũ inspecturi lecturi : uisuri pariter & audituri quod nos antonius de mõte dei & apostolicæ sediæ gratia archiepiscopus sipontiñ. Necnõ curiæ causaꝝ cameræ apostolicæ generalis auditor romanæq; curiæ iudex ordinarius ad uenetabilis & religiosi uiri domini cristofori martignani sacri ordinis beatæ mariæ de mõte carmeli generalis magistri ac sacræ theologiæ professoris p̃cipalis instantiã & requisitionẽ omnes & singulos sua cõmuniter uos diuisim interesse putañ. eorũq; ꝓcuratores si qui tunc erãt in romana curia pro eisdem ad uidendum & audiẽdum infrascriptas litteras apostolicas ad perpetuam rei memoriam sanctissimi ĩ christro patris & domini nostri domini Iulii diuina prouidẽtia papæ secundi eius uera bulla plumbea cum cordulis sericis rubei. Croceiq; colorũ ipsius dñi nostri papæ more romañ curiæ cinpendeñ ꝓduci recipi & postquã ꝓductæ fuerint ad uidendũ & audiendũ ipsas transumi exemplari publicari ut in hãc publicã formã reddigi mãdari auctoritatẽq; & decretũ dictæ curiæ per nos interpõi uel dicẽdũ causam si quã habeãt rationabilẽ quare p̃missa minime fieri deberẽt allegandũ p edictũ publicũ in locis cõsuetis de mãdato nostro affixũ ꝓpter uacãtias in audiẽtia publica litteraꝝ cõtradictarum p̃fati dñi nr̃i papæ iam in dictas citari fecimus & mãdauimus ad certũ pemptoriũ terminũ cõpetentẽ: uidelicet ad diẽ & horã infrascriptos quibus aduenieñ cõparuit in iudicio corã nobis uenerabilis & religiosus uir dñs Petrus terrasse dicti dñi Cristofori principalis uiceprocurator &.

certas litteras citatorias in dicta audiētia nr̄o de mādate executas facto reportauit citatoꝝq; in
eadē cōtentoꝝ nō cōparentiū cōtumaciā accusauit ipsosq; cōtumaces reputari Et in eoꝝ contu
maciā supradictas litteras apl'icas sub tenore īfrascripto exhibint atq; dedit quas trāsumi exēpla-
ri publicari:& in hāc publicā formā redigi mādari auctoritatēq; & decretū interpōi p nos instan
ter postulauit. Nos tunc antōius de mōte archiepiscopus sipontiñ.auditor p̄fatus dictos citatos
nō cōpareñ reputauimus nō īmerito ꝓut erant quo ad actū & termiuū hmōi suadeñ iustitia cō-
tumaces & in eoꝝ cōtumacia p̄dictas litteras apostolicas ad manus nr̄as recepimus:uidimus: te-
nuimus legimus & diligēter inspeximus sanas siquidē & integras ac illesas omniq; prorsus uicio
& suspitioñ carere repimus ipasq; ulterius ad p̄fati dñi petri terrasse uiceprocuratoris ulterio-
rē instātiā p discretū uirū mgr̄m Berādū de molario clericū lugduneñ diocesis dictæ curiæ cārū
cameræ apl'icæ notariū & scribā publicū trāsumi exēplari ac ītrāsūpti publicā formā redigi feci-
mus & mādauimus uolētes & auctoritate dictæ curiæ decerneñ qđ p̄n̄ti nr̄o trāsūpto publico
decætero & īantea tā ī romañ curia q̄ extra ubicūq; locoꝝ ī iudicio uel extra stet̄ illiq; det̄ & ex
hibeat̄:talis & tāta fides q̄lis:& quāta dictis originalibus lr̄is īsernis:īsertis & cū p̄n̄ti trāsumpto
auscultatis:& collatiōatis data fuit & exhibita:daturq; & adhibet̄ si ī medio exhibitæ aut ostēsæ
fuissent.Quaꝝ qdē lr̄aꝝ aplicaꝝ tenor de uerbo ad uerbū sequitur & est talis.



Vlius Episcopus seruus seruoꝝ dei ad sacrū ordinē btē sempq; uir-
ginis mariæ de mōte carmeli dirigētes nr̄æ cōsideratiōis ītuitū & at-
tēte ꝓspiciētes qđ ipse ordo in orto militātis & catholicæ eccl'iæ fun
datus adiuuāte eadē dei genitrice q̄ plures salubres fructus ad ipsius
eccl'iæ firmamētū & aīaꝝ salutē ī dies cōtinuis pululatiōibus ꝓducē
re nō cessat merito illi eiusq; eccl'iis & domibus ac ꝑsonis cōcessa a se
de apl'ica priuilegia nr̄æ approbatiōis munimine roboramus & ad il
lius eccl'iaꝝ & domoꝝ cōseruationē augmētū & multiplicationem
christifideles īdulgētiis remissiōibus īuitamus ut exīde & religiōis ꝓ
pagatio & aīaꝝ earūdē salus ꝓueniat dudū siqdē a fœlicis recorda-
tiōis sixto papa q̄rto p̄decessor̄ nr̄o emanarūt lr̄æ tēoris subsequētis.

Sixtus eps̄ seruus seruoꝝ dei ad ꝑpetuā rei memoriā dū artēta medeatiōe pēsamus qđ
gloriosissima dei gēitrix maria uirgo uēustissima & oīum uirtutū floribus īsignita cu-
ius ieffabilē pulchritudinē sol & luna mirant̄ cuiusq; p̄cibus iuuat̄ cūctos ppl's xp̄ia-
nus:& q florē p̄tiosissimū īmarcessibilē & æternū dn̄m nr̄m iesū xp̄m īmēsa sctī spūs
cooperāte uirtute genuit ꝓduxitq; sacrū ordinē btē mariæ de monte carmeli a scā sede apl'ica &
pluribus romañ pōtificibus p̄decessoribus nr̄is & etiā a nobis multipliciter approbatū quē eios-
dē gloriosissimæ dei genitricis sempq; uirginis mariæ speciali titulo uoluit īsigniri ut ob eiusdē
uirginis reuerētiā ordo ipe a xp̄ifidelibus merito pamplio uenerarēt ipiq; fideles ꝓpterea eiusdē
uirginis mariæ suffragiis adiuti æternæ retributiōis p̄mia facilius cōseq mererēt duq; sublimiū
dicti ordinis utriusq; sexus ꝑsonaꝝ uirtutū merita qdē grata & ī cōspectu p̄dictæ sedis accepta
digna memoria recēsemus ac ordinē ipm & illius ꝑsonas sub sedis apl'icæ & eccl'iæ romañ ꝓte-
ctiōe imediate existētes & īter cæteros regulariū ordinū ꝓfessores īfirmamēto catholicæ fidei mi
litātes tāq̄ religiōis speculū & exēplar speciali caritate fulgentes scōrūq; ꝓphetaꝝ heliæ & helisei
& enoch necnō alioꝝ scōꝝ patrū q montē sanctū carmeli iuxta heliæ fontē inhabitarūt succes-
sionē hereditaꝝ tenētes fructus quoq; uberes quos dictus sacer ordo in agro militātis ecclesiæ
in ꝓpagatiōe religiōis & fidei orthodoxe hactenus ꝓduxit utiliter & ꝓduxit ac īfuturꝝ ꝓductu
rū fore indubitāter speramus paterna caritate ītuemur dignū qn potius debitū reputamus nos
ad illa debere dirigere cogitatus p quæ ea quæ ꝓ diuini cultus gloria & dicti ordinis incremēto
ac xp̄ifideliū aīaꝝ salute a quāpluribus romañ pōtificibus p̄decessoribus nr̄is cōcessa dicūt̄ sub-
latis ambiguitatibus q̄ exinde emersisse noscunt̄ ī sua ītegritate ꝑsistāt & tāto firmius obseruent̄
quāto erūt sæpius p̄dictæ sedis munimine stabilita Sane sicut exhibita nobis nuper p parte dile-
cti filii cristofori martignoni dicti ordinis generalis magistri ac sacræ teologiæ ꝓfessoris petitio
cōtinebat:licet multi romañ pontifices p̄decessores nr̄i obreuerentiā ipsios gloriosissimæ & inte
meratæ dei genitricis semperq; uirginis mariæ de monte carmeli ob singularē deuotionē quam
ad illam & p̄dictū ordinē sub eiusdē dei genitricis mariæ titulo specialiter īsignitū gesserunt di-

uersas indulgentias & peccatoꝝ rem issiões ac priuilegia & indulta ipsi ordini & illius domibus concesserũt quæ in eisdẽ domibus sunt recepta & quoꝝ cõtinentia in publicis scripturis & dicti ordinis ecclesiis appertissime reperitur sub hac uidelicet forma.

LEo papa. Quartus oĩbus xp̃ifidelibus q̃ eccl'ias btĩssimæ dei gẽitricis uirginis mariæ de mõte carmeli hmõi ĩ festis natiuitatis dñi & pascæ aploꝝ petri & pauli. Pẽtecostes assumptiõis natiuitatis annũciatiõis purificatiõis eiusdẽ btẽ dei genitricis mariæ scti Michaelis archangeli oĩum sctoꝝ ĩ duobus festis scẽ crucis natiuitatis scti ioãnis baptistæ sctoꝝ martiꝝ fabiãi & sebastiãi & ĩ die pasceues: & ꝑ octauas ꝑdictoꝝ festiuitatũ & uocabulis oĩum eccl'iaꝝ dicti ordinis deuote uisitarẽt & pias elemosynas largiti forẽt: seu domos cõfractas eiusdẽ ordinis reficerẽt septẽ annos & totidẽ quadragẽas & hadriãus scds stephãus q̃ntus sergius tertius ioãnes decimus & ioãnes undecius sergius q̃ntus: & ĩnocẽtius q̃rtus q̃ dictũ ordinẽ cõfirmãt oĩbus xp̃ifidelibus uere pœnitẽtibus cõtritis & cõfessis q̃ ꝑdictas ecclias pie uisitarẽt in ꝑdictis festiuitatibus & eaꝝ octauis seu q̃ domos fractas eiusdẽ ordinis reficerẽt uel ꝓ fabricis ipaꝝ eccl'iaꝝ munera darẽt uel cõfratriã dicti ordĩs assumerẽt & eã ĩtrarẽt aut calicẽ promissis celebrãdis uel tabalias siue mappas erogarẽt uel q̃ ĩ premissis aut ĩ quomõlibet ꝑmissorum manus porrigerẽt adiutrices uel q̃ ĩ suis ultimis testamẽtis aliq̃d legarẽt tertiã partẽ oĩum pctoꝝ in dño relaxarũt item clæmẽs tertius alexãder scds gregorius q̃ntus: & gregorius septius ĩ ꝑdictis festis & ĩ quolibet eorũdẽ similẽ grãm largiti sunt item. clæmẽs q̃rtus eisdẽ xp̃ifidelibus q̃ prædictas eccl'ias q̃ter ĩ anno uisitarẽt uidelicet ĩ q̃tuor festiuitatibus dei genitricis mariæ triginta annos & totidẽ q̃dragẽas pie cõcessit. Itẽ in priuilegio generali lucii papæ q̃ti remitũt ab eodẽ pcã leuia offensa parẽtũ negligẽtiæ uotoꝝ fractoꝝ dumtañ fractor ad uota redderet & male acq̃sita si nescit̃ cui restitui debeãt dũmodo ꝑdictis locis seu illoꝝ cõuẽtibus assignent̃. Demũ innocẽtius q̃rtus gregorius octauus cõtulerũt q̃libet die cuilibet dicẽti pater nr̃ & aue maria in dictis ecclesiis semel ꝓ uiuis & defũctis q̃draginta dies indulgẽtiaꝝ rursus hohorius decimus & Nicolaus q̃rtus romañ põtifices oĩbus uere pœnitẽtibus & mãus adiutrices ꝑdictis domibus porrigẽtibus & il'aꝝ fratribus oĩum pcoꝝ suoꝝ ueniã polliciti fuerũt insuꝑ honorius nonus oĩbus uere pœnitẽtibus & cõfessis dicti ordĩs eccl'ias uisitãtibus seu mãus illis adiutrices porrigẽtibus q̃draginta annos & totidẽ q̃dragenas de iniunctis eis pœnitẽtiis uidelicet in festo uocabuloꝝ ipsarũ ecclesiaꝝ & in die sancto parasceues: necnõ in sctẽ crucis ac festiuitatibus natiuitatis annũciationis purificatiõis & assumptiõis btẽ dei genitricis mariæ misericorditer in dño relaxauit & cõcessit ulterius bñdictus papa decimus oĩbus uere pœnitẽtibus & cõfessis q̃ ter ĩ septimana uidelicet q̃dragesimali tẽpore secunda & q̃rta ac sexta: feriis & etiã in festis uocabuloꝝ oĩum eccl'iaꝝ dicti ordinis necnõ diebus sabatinis ob btẽ dei genitricis reuerẽtiã & diebus dñicis pie uisitarẽt quadragĩta annos & totidẽ q̃dragenas & oĩum pctoꝝ septimæ partis. remissionẽ ĩ dño relaxauit oẽs indulgẽtias & pctoꝝ remissiões a suis ꝑdecessoribus romañ Põtificibus dicto ordini cõcessas in diebus & festis ꝑdictis duplicãdo. Itẽ ioãnes uicesimus scds oẽs indulgẽtias & pctoꝝ remissiones a romañ põtificibus: ꝑdecessoribus suis dicto ordini cõcessas cõfirmauit ac q̃draginta annos & totidẽ q̃dragenas de iniunctis eis pœnitẽtiis uniuersis christifidelibus dicti ordinis eccl'ias in q̃libet solẽnitate q̃tuor festiuitatũ beatæ dei genitricis mariæ uidelicet natiuitatis annũciatiõis purificatiõis & assumptiõis cõtrictis & cõfessis in dño pia largitiõe cõcessit successiue urbãus papa quintus oẽs indulgẽtias similiter a suis ꝑdecessoribus dicto ordini cõcessas cõfirmauit atq; in festo annunciatiõis btẽ mariæ dicti ordinis eccl'ias uisitantibus septẽ annos & totidẽ q̃dragenas in dño relaxauit postremo Nicolaus papa q̃ntus oẽs indulgẽtias & peccatoꝝ remissiones ac oĩa priuilegia dicto ordini a suptadictis romañ põtificibus ꝑdecessoribus suis ĩ ꝑdictis diebus & festis cõcessãs & cõcessa motu ꝓprio duplicãdo cõfirmauit: atq; annos septẽ & totidẽ quadragenas in dño relaxauit tamẽ sicut præfati uenerabilis dicti ordinis magistri relatione nuper accepimus ꝓ eo quod ꝓpter singularitatẽ priuilegioꝝ originales desuper litteræ ad manus generalis prædicti non peruenerũt nec de illis aliter quã ut præfertur doceri potest circa litteras & priuilegia huiusmodi eorũq; uim & efficaciam nõnulla dubia sunt exorta aliaq; in dies suboriri formidunt̃ nisi per nostræ prouidentiæ studiũ super hoc ꝓuideat̃ opportune præsertim cũ ex iniuncto desuper nobis apostolicæ seruitutis officio ad nos spectet singuloꝝ ordinum cõmodis inuigilare ac quãtum ualemus oĩum animas altissimo lucri facere cupieñ itaq; ut indulgentiæ ac singulæ prædecessorum nostrorũ litteræ dicto ordini & eius domibus ac ecclesiis ꝯcessæ sublatis quibuscũq;

